

Notes du mont Royal



www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ
ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΙΤΟΥ ΙΕΡΕΩΣ
ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ.

FLAVII JOSEPHI
HIEROSOLYMITANI
SACERDOTIS

Opera quæ extant omnia,

ANTIQUITATUM JUDAICARUM LIBRI XX. Sigismundo Gelenio
Nempe interprete.

DE BELLO JUDAICO LIBRI VII. interprete, Rufino Aqvilejensi.

LIBER DE VITA SUA cum interpretatione Gelenii.

ADVERSUS APIONEM LIBRI II. cum versione antiqua à Gelenio
emendata, &


DE MACCABÆIS, seu de Imperio rationis LIBER cum paraphrasi
Erasmi Roterodami.

ACCREDIT INDEX LOCUPLETISSIMUS.

Juxta editionem Græco-Latinam Genevensem ad manuscriptos Palatinæ bibliothecæ Codices castigatam,
quæ nunc à pluribus mendis expurgata, & præterea

PROLEGOMENIS
&

APPENDICE.
appendicior redditur.



COLONIÆ,

Sumptibus MAURITII GEORGII WEIDMANNI.
ANNO M DC XCI.



THE MUSICAL
MAGAZINE

THE VICTORIAN

**PATRIBUS
REPUBLICÆ LIPSIENSIS
VIRIS**

**Magnificis, Nobilissimis, Amplissimis,
Consultissimis, Prudentissimis,**

PATRONIS SUMMIS.



X qvo jure civitatis Vestræ gaudeo,
qvo me octo ab hinc annis donatum
memini, post Dei cultum nil magis cu-
ræ mihi cordique fuit VIRI MAGNIFI-
CI A TOVE NOBILISSIMI, PATRONI MAXIMI,
qvam

*

quam ut libraria mea officina bono publico pro-
dessem. Qua in re neque gravibus impensis un-
quam, neque indefessis laboribus peperc*i*. Testa-
ri id poterunt Eusebii Cæsariensis volumina de
præparatione & demonstratione evangelica, San.
Eti Athanasii Episcopi Alexandrini, Gregorii Na-
zianzeni, & Dionysii Halicarnassensis opera,
Abarbanelis Judæi in Prophetas majores com-
mentarius, alique Scriptores, quos cum raritate
sua se commendare, & aberuditis desiderari intel-
ligerem, ut novis typis impressi publicam lucem
denuo adspicerent, curavi, quamvis ob tristissi-
ma belli tempora, & commerciorum quae indies
in pejus ruunt decrementum inter tot miserabiles
regionum & urbium ruinas, qvibus & dulcissi-
mam patriam meam antiquam Nemetum urbem
Spiram oppressam & poene sepultam expertus
sum, tantorum sumtuum periculum facere mi-
nus oportunum videretur. Nunc in eo sum, ut
Imperatoris Juliani opera a doctissimo Jesuita
Dionysio Petavio qvondam Græce & Latine
edita cum novis observationibus Viri celeberrimi
Ezechielis Spanhemii, qvas Literato Orbi gra-
tissimas futura shaud temere confido, e bibliopo-
lio meo propedie in emittam. Et imposterum
quoqueue, si Divina Gratia permittat, optimis qui-
busque libris evulgandis curas meas & facultates:
impen-

impendere non desistam, certa spe animatus, fore, ut Vos PATRES REIPUBLICÆ OPTIMI, PATRONI MAXIMI, qvod hactenus fecistis, hos Civis Vestronatus, & bonas literas juvandi studium summa Vestra benevolentia fovere non cessetis. Hanc fiduciam in me excitarunt magna illa, qvæ in me ab eotempore, qvod domicilium in Urbe Vestra fixi, contulisti beneficia, & singularis affectus, qvo Magnifici Consules WAGNERUS, BORNFIUS, STEGERUS, Nobilissimi Proconsules, alter BORNIUS & FALCKNERUS, Consultissimus Prætor PLAZIUS, nec non CARP. ZOVIUS, GRÆVIUS, PINCKERUS, BAUDISIUS aliquæ Senatorii Vestri Ordinis Proceres, omnes doctrina & meritis incomparabiles & qvovis elogio majores, tenuitatem in eam prosecuti sunt. Vos, Venerandi Justitiæ Sacerdotes, præsidio & patrocinio Vestro rebus meis & fortunis nunquam defuistis, Vos celeberrimi literarum, qvibus ad miraculum excellitis, Fautores officinam meam qvalemcunque haud raro præsentia Vestra illustrem reddere, & libraria mea supellecstile cum privatas Vestras bibliothecas, tum publicam illam locupletare dignati estis, qvæ paucis ab hinc annis a Vobis instituta, & inestimabili rarissimorum librorum aliorumqve cimeliorum apparatu subinde aucta inter splendidissima

didissima Urbis hujus ornamēta jure suo numeratur. Et hanc ipsam bibliothecā Vestram im- præsentiarum Josephus meus ambit, qvem, ut qvalecunq; gratæ mentis monumentum existat, Magnificis Vestris & Nobilissimis Dignitatibus humillime offerre audet. Vix ediderat scripta sua Flavius Josephus, cum ea Romani publicæ bibliothecæ honore dignati sunt. Concedite qvæso Patroni Summi & novæ huic Josephi editioni hunc honorem, ut in publica Vesta Bibliotheca reponatur. Non tinet Josephus armamentarium, cui Biblioteca Vesta incumbit, cum armis non minus quam literis strenuus fuerit. Deus autem Inlytum Vestrum Collegium, cum splendidissimis Familiis & tota Republica sub Umbra SERENISSIMI AC POTENTISSIMI ELECTORIS nostri omnibus honorum incre- mentis in pace florere jubeat.

Magnificarum, Nobilissimarum Amplissima- rumque Dignitatum Vestrarum

Cultor deo et amans

MAURITIUS GEORGII WEID- MANNUS



THOMÆ ITTIGII

S. T. L.

ad novam hanc Josephi editionem

PROLEGOMENA.



Ulm a pluribus annis multa excellentia ingenia novam Operum Flavii Josephi editionem parturiverint, nescio quo fato factum sit, ut foetum animo conceptum & saepe jam partui maturum eniti non potuerint. Omnibus enim, qui utilissimo huic labori manum

ad moverunt, vel morte, antequam absolverent, preventis, vel ob alias causas a coepio revocatis, literatus orbis diuturna exspectatione suspensus, & novi Josephi desiderio pene contabescens spes tandem suas & vota per integrum seculum delusa sensit. Annus agebatur superioris seculio octavus & octogesimus, cum BONAVENTURA CORNELIUS BERTRAMUS lucubrationes suas Franckthalenses a loco, ubi Geneva reliqua tum agebat, sic appellatas ederet, in quibus profitebatur, (i.) se jam pridem in omnes Josephi libros notas meditatum, & aliquando, si Deus permitteret, editurum esse. Verum doctissimo hoc Viro post Sexennium Lausani, quo a Bernatum republica evocatus fuerat, mortuo, simul etiam missæ in Josephum notæ expirarunt. Hanc jacturam JOSEPHUS JUSTUS SCALIGER abunde refarturus videtur. Vix enim admirandum illud opus, quod thesaurem temporum inscripsit, in lucem publicam emiserat,

Multorum curæ
in Jose.
phu fru-
stra ha-
cenus
promissa
& expe-
data.

Bertrami.

scaligeri.

P R O L E G O M E N A.

cum plerique eruditorum, Casaubono teste, (2.) non dubitarent, qvin Scriptorem sibi cognominem, a pluribus, qvibus haetenus obscuratus fuerat, mendis expurgaturus, doctisqve suis animadversionibus illustraturus esset. Qvos opinio sua minime fecellit, siqvidem Phœnix ille Criticorum, cum jam pridem infinita, qvae a nemine intelligi possent, loca in vulgata Josephi editione animadvertisset, & subinde nonnullis eruendis & restituendis ingenii sui vires impendisset, de hoc etiam nobilissimo Scriptore, Josepho inquam, dummodo Amicorum ope varias manuscriptorum Codicum Lectiones nancisci posset, se bene meritum Carolo Labbeo per literas Nonis Februarii A. C. clb Ibc VII. (3.) scriptas indicabat, & morti jam vicinus (4.) ad exequendum hoc propositum ætati suæ triennii spatum a supremo rerum humanarum Arbitro superaddi exoptabat. Et profecto non parum lucis & ornamenti Josephi scriptis conciliari potuisset, si illustri Scaligero, qvod animo gestiebat, perficere licuisset. Qvod obscurum nemini esse potest, qvi ejus notas ad fragmenta selecta veterum Græcorum apud Josephum & Eusebium servata, & ejusdem animadversiones ad Eusebii Chronicum legerit. Verum istam Josephi editionem immatura Viri Divini mors rei literariae invicit, ut Casaubonus alicubi (5.) queritur, qvem una cum Carolo Labbeo vetustissima Regiae, qvae Parisiis est, Bibliothecæ exemplaria ad vulgatam Josephi editionem conferre non piguerat, ut, qvi Scaligero Josephi a librariorum corruptelis vindicandi consilium dederat, pulcherimos illos conatus etiam qvalicunqve auxilio juvaret. Post Scaligeri mortem parum aberat, qvin ISAACUS CASAUBONUS modo nominatus & nunquam sine veneratione nominandus palmam in medio relictam occuparet, a quo sane non poenitendam Josephi editionem sperare poterant Musarum sacris operantes, cum incomparabilem ejus doctrinam jamdudum in plurimis aliis, qvos ediderat, Scriptoribus Græcis pariter & Latinis ad miraculum usqve probatam

(2.) Epistol. 496. edit. Grav. (3.) libr. 4. ep. 353. (4.) Conf. Patin. epist. 67. p. 186. edit. Patil.
(5.) Exercit. L ad Baron. c. 34. n. 99.

P R O L E G O M E N A.

tam cognovissent. Verum cum neque ætas, quæ jam pro-
vectior erat, tantæ molis oneri ferendo satis valida, neque
loci, ubi extrema vitæ tempora ducebant, conditio pera-
gendo huic negotio satis commoda videretur, ut ipse (6.)
in epistola proximo ante mortem suam anno Londini scri-
pta judicavit, nihil de Josepho certa fide promittere ausus
est. Neque tamen defuerunt alii, qui Josephum edendum
& illustrandum in se fusciperent. PETRUS enim CUNÆUS
in literis ad Franconem Duyckium, seu præfatio-
ne libri 3. de Republica Hebræorum commentarios in uni-
versa Flavii Josephi Opera polliceri minime dubitavit.
Quem cunctantem & moras excusantem eloquentissimus
Buchnerus [7.] & alii Familiares serio urgebant, ut spem
de Josepho factam quamprimum expleret, morasque
omnes rumperet, & quicquid vinculorum pulcherrimis
istis commentationibus necteretur, prorsus abscinderet,
ne dilata absolutissimi illius operis editione docti multas
magnasque res diutius ignorare cogerentur. Verum ante
vivis excessit Cunæus, quam fidem liberaret. Idem SA-
MUEL PETITO accidit Nemausensis ecclesiæ Mini-
stro & Theologiæ Professori, Viro nequaquam Exiguo,
sed, ut Reinesii judicium nostrum faciamus, inter Gallo-
rum literatorum maximos numerando, [8.] quem in nova
Josephi interpretatione, notisque ad eundem Scriptorem
edendis occupatum cum fama passim spargeret, non me-
diocriter eo nomine gaudebant, quotquot Josephi scriptis
bene cupiebant. Nec deerant, qui laudabile hoc institu-
tum collatis suis operis egregie juvarent, in quorum nu-
mero Nicolaus Fabricius Peirescius, qui per Lucam Hol-
stenium variorum locorum collationem cum tribus Codex-
ibus Vaticanis manuscriptis Petito impetravit [9.] Hugo
autem Grotius, qui hactenus de ea Josephi parte, quæ le-
gis præcepta continet, & interpretanda & notis suis illu-
stranda cogitaverat, cum totius Josephi editionem a Peti-
to parari intelligeret, se quicquid posset ad eam prompte

a 4

col-

(6.) Epist. 77. (7.) Part. i. epistol. 176. (8.) Libr. i. Var. Lect. c. 25. (9.) Conf. Gassend. in
vit. Peiresc. p. 195.

P R O L E G O M E N A.

collaturum datis ad Peirescium literis spopondit. [10.] Qvi-
bus promissis an Grotius steterit, ignoro. Id tantum scio,
qvod dum Petiti in Josephum lucubrations, qvæ, ut ex
Riveti ad Vossium epistola [11.] liqvet, maximo cum sumtu
& labore collectæ ferebantur, multi hiarent, imperfectas
nec ad umbilicum perductas moriens reliqverit, & neque
Samuel Sorberius, ad qvem cognationis jure id negotiis pe-
Etare videbatur (erat enim Petiti e sorore nepos) neque ali-
us qvisquam posthumum illum Petiti foetum in lucem ha-
ctenus produxerit, & omnis de Petiti Josepho spes decolla-
verit. Post Petitum in Josepho occupatus fuit EME-
RICUS BIGOTIUS, cui ne idem eveniret, qvod
Petito acciderat, Patinus exoptabat. [12.] Nec dubi-
to qvin etiam apud alios & egregia de Bigotio existima-
tio, & amor boni publicie jesusmodi vota expresserit. Ve-
rum Bigotius telam, quam exorsus fuerat, aliis pertexen-
dam postea relinqvere maluit. Dicendum hic etiam foret
Bœcleri. de JOHANNE HENRICO BOECLERO, insigni
qvondam Argentoratensis Academiæ ornamento, &
Præceptore meo æternum venerando, si Godofredi, Span-
hemii, Forstneri, aliorumqve amicorum monitis, qvibus
ad Josephum Autorem sibi perqvam familiarem illuстрandum
solicitabatur, locum aliquem concedere voluisse [13.]
sed multis aliis negotiis distractus de toto Josepho edendo
desperavit, & tantum priora *ἰδαῖης ἀρχαιολογίας* capita pecu-
liari dissertatione illustravit. Progredior ergo ad CHRI-
Noldii. STIANUM NOLDIUM, qui in præfatione historiæ suæ
Idumææ non solum aliorum, qvide Josepho emendando
cogitarunt, & in his GERHARDI JOHANNIS VOS-
SII qvoqve meminit, & præterea post Scaligeri, Vossii &
Cocceji. Petiti mortem JOHANNEM COCCEJUM & CHRI-
SCHOTANI. STIANUM SCHOTANUM in hunc laborem successu-
ros sperare jubet, sed sibi met etiam ipsi ad arduum hoc opus
aggreidendum animos non deesse significat. At Noldium
& spes de Coccejo & Schotano fefellit, nisi Schotani bi-
bliothecam historiæ sacræ Veteris Testamenti ob nonnul-

la

P R O L E G O M E N A.

la Josephi loca illustrata referre huc velimus, & ipse qvoq;
orbi Literato ereptus est, ante quam, quod pridem animo
molitus fuerat, effectum dare posset. Omnes autem, quo-
rum insigne de Josepho bene merendi studium haec tenus
laudavimus, apparatus copia superavit JOHANNES AN-
DREAS BOSIUS Lipsiensis, Historices in inclita Jenen-
si Academia Professor celeberrimus, cui tam felici esse licu-
it, ut Augustissimo Imperatore Leopoldo clementissime
indulgente ex bibliotheca Vindobonensi insignes qvos-
dam Josephi codices MSS. emendandis Josephi operibus
haud parum profuturos impetraret. Qua de re peculiaris
Petri Lambecii ad Serenissimum Augustum, Brunsvicensi-
um & Luneburgensium Principem, qui publici boni causa
apud Imperatorem pro Bosio intercesserat, epistola Vin-
dobonæ A.C. cl. Ioc LXVI. excusa legitur, in qua Codic-
es illi manuscripti ad Principem Augustum indeqve ad
Bosium transmissi breviter delineantur. Erant autem co-
dices illi numero septem, & in his quatuor Græci, tres reli-
qui Latini. Primus, ut a Græcis ordiamur, continebat Ju-
daicarum antiquitatum libros 20. abbreviatos & passim in-
terpolatos, & a principio mutilos, qvem codicem Augerius
Busbeckius Ferdinandi I. ad Solimanum Turcarum Tyran-
num Legatus Constantinopoli sibi comparaverat. Secundus
qvem itidem Busbeckius Constantinopoli nactus fuerat,
exhibebat historiam belli Judaicia verbis: τρεπόμενος ἀπαυτας
διώκει, quæ libro I. cap. 13. leguntur usq; ad verba: τῷ Καίσαρε Ιω-
νακίωνεργον δὲ τοῦ, quæ libri 7. cap. 7. extant. Tertius codex
complectebatur antiquitatum Judaicarum libros 10. prior-
es, & præmissos singulis libris capitum indices, etsi in ipso
contextu nullum divisionis librorum in capita indicium
compareret, ex qvo divisionis hujus in capita autorem non
esse Flavium Josephum, sed singulos libros continentis scri-
ptura primum cohæsisse Lambecius colligebat, qvi primi
libri indicem ab his verbis incipere docet:

Ταῖς ἔνεσιν ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Ἰωσήπου ιστοιῶν τῆς ιδαικῆς αρχαιολο-
γίας.

PROLEGOMENA.

Προοίμιον τοῦτος δλης τεργυματίας.
 αἱ οἱ πόσμοι σύστασις, καὶ η ἀστάξις πῶν σοιχεῖων.
 β' τοῦτο γένες Ἀδάμος &c.

Pertinuit olim hic codex ad monasterium qvoddam urbis Constantinopolitanæ, qvod dicitur S. Georgii in Manganiis, seu loco, ubi μάγγανα h.e. machinæ bellicæ cum materialis mechanicis variisqve instrumentis ad urbium oppugnationes idoneis asservari solebant [14.] Deinde venit in manus Dionysii cujusdam Zazynthii, cuius Pater eum Constantinopoli sibi acquisiverat. Postea eum emtionis jure sibi vendicavit Johannes Sambucus Maximiliani II. & Rudolfi II. Consiliarius, a qvo ad Sebastianum Tencknagelium augustissimæ bibliothecæ qvondam Præfectum transiit, post cuius obitum tandem in Cæsaream bibliothecam translatus fuit. Quartus Codex comprehendebat Josephi de Maccabæis librum sub hoc titulo: Μαρπίειον πῶν αὐτοῦ μακκαβαϊων ἐν τῆς ἰωνίας ἴστειας. Eadem de Græcis istis Josephi Codicibus Lambecius (15.) in suis de bibliotheca Vindobonensi commentariis iteravit. Quintus Codex, ut ad Latinos progrediamur, continebat Antiquitatum Judaicarum libros 20. & libros 7. de Bello Judaico ex versione antiqua, qvæ Rufino Aquilejensis ecclesiæ Presbytero vulgo tribuitur. Sextus exhibebat librum de Maccabæis ex versione antiqua hominis cuiusdam Christiani, qui eam passim interpolavit. Titulus est hujusmodi: Passio S. Machabæorum secundum Flavium Josephum. Ipse autem tractatus sic incipit: Principium meum Philosophico quidem Sermone, sed Christiano explicabitur sensu. Necesse est enim &c. De Autore versionis nondum sibi liquere ait Lambecius, etsi certo constet, qvod per antiqua sit, & ad indagandam Græci textus sinceritatem plurimum juvare possit. Septimus denique Codex epitomen antiquitatum Judaicarum Flavii Josephi com-

(14.) Conf. Cang. Constantinop. Christ. libr. 2. p. 155. & libr. 4. p. 124.

(15.) Tom. VIII. p. 2. 4. 43. & 101.

P R O L E G O M E N A.

complectebatur sub hoc titulo: **Incipit liber antiquitatis Flavii Josephi Historiographi.** Ipsa epitome hujusmodi habet initium: **In principio creavit Deus coelum & terram, sed dum terra in adspectum non veniret, & profunditate tenebrarum celaretur, & spiritus Dei desuper ferebatur, Deus fieri lumen iusfit, qvo facto &c.** Usus vero præterea est Bosius duobus Codicibus manuscriptis bibliothecæ nostræ Academicæ Paulinæ uno Græco & altero Latino, nec non membranis per antiquis & emendatissimis Gymnasii Portensis, & manuscripto Schleusingensi, cuius usum illustri Seckendorffio Heroi de re literaria plurimisqve literatis immortaliter merito acceptum retulit. Accesserunt Variæ Lectiones ab Emerico Bigotio ex Regio Parisiensi Codice & duobus Florentinis excerptæ, qvas Vossii, Heinpii, Gronovii & Grævii maximorum Belgii Luminum ope feliciter impetravit, item variæ Lectiones ex duobus manuscriptis bibliothecæ Noribergensis, qvas Vir venerandæ memoriae Christophorus Arnoldus ipsi procuravit. Quid igitur de Josepho sperari non poterat, cum ad hæc aliaqve subsidia ingenium suum & immensam eruditionem & indefessas vigilias afferret clarissimus ille Polyhistor? Verum vitæ summa brevis spes, qvas inchoaverat, longas intervertit, & Josepho ad vitam revocando dum incubuit Vir doctissimus, vitam ipse perdidit. **Quo mortuo STEPHANUS LE MOYNE seu MONACHIUS supererat,** ^{le Moyne} qvi edendi Josephi curam in se susciperet. Pridem id Vir clarissimus jam animo suo agitaverat, Bosioqve per literas significaverat (16.) Incitabant et si currentem Samuel Bochartus & alii, optimeqve de eventu pâssim ominabantur erudit. Audiamus nobilissimum Wagenseilium, qvi in præfatione ad ignea Satanæ tela (17.) cum in causam inquisivisset, cur Josephus eximus & utilissimus scriptor tam-

(16.) Conf. Bos. in exercit. ad perioch. Joseph. c. 1. thes. 10. (17.) p. 69.

PROLEGOMENA.

tamdiu desertus jacuerit, nec commentatorem invenerit, et si publica vota id saepe flagitarent, & interim alii minoris momenti libri annotationibus, observationibus, castigationibus & commentariis onerarentur, ejus rei hanc causam esse dicit, quod qui in Josepho exponendo periculum fecerunt, ad ejus scripta explicanda animum Graecorum Latinorumque Scriptorum lectione subiectum non sufficeret, sed alia insuper praesidia & imprimis non mediocrem Talmudicarum Pandectarum cognitionem afferri oportere deprehenderint, qualia praesidia cum Petitione defuerint, ejus in Josephum commentarios, si extarent, se in precio habiturum afferit, & tandem ista subjicit: Nunc spes & exspectationes nostrae in Stephanum le Moyne conversae sunt, quem nihil doctrinæ profundioris latet, qui que iis adminiculis, quibus ad Josephum emaculandum, illustrandumque opus est, abundat, proindeque huic operi pridem feliciter manum admovit. Quanta autem fuerit in Monachio Josephi edendi cupiditas, ipse in Prolegomenis suis ad varia sacra satis indicat, ubi refert, quod, cum ex Rotomagensi ecclesia ad Lugdunensem Academiam vocatus fuisset, plenus Josepho in Belgium venerit, & successus non poenitendos speraverit, nec infaustis omnibus operis ab aliis toties frustra tentati deterritus fuerit. Meliora ipsi augurabantur explorati lacerti, & humeri pondus ferre non recusantes, & codicum Florentinorum, Parisiensium, Londinensium, Oxoniensium & virorum doctorum variis lectionibus & emendationibus munitæ instructæque vires oneris gravissimo non impares videbantur. Recurrebat, ut ipse loquitur, singulis diebus Josephi memoria, magna semper oculis obversabatur imago, vota, consilia, promissa identidem officium representabant, animus impatiens labo-

res

PROLEGOMENA.

res peroptabat, & ad carceres stans illosque mordens mapparium ac mappam anhelabat, & admitti, pergere, stadium licet longum & difficile decurrere & superare gestiebat. Verum, dum sic totus in Iosephum intentus esset, rumor de Iosepho in Anglia edendo aures ejus perculit, quem etsi ut falsum contemneret, cum paulo ante in Anglia versatus nihil plane de Iosepho typis imprimendo inaudivisset, postea tamen & frequentibus amicorum literis, & ipso specimine Anglicanæ editionis oculis oblato certior ea de re factus, amores suos, quos tanto ardore deperibat, e medio sinu raptos, ut ingenue fatetur, haud levius doluit, quam si costam a latere avulsam sentiret. **Quid** faceret? Non invidendum videbatur Iosepho, quod e theatro Scheldonianō cum magno splendoris augmento emitendus esset. Animum igitur ad alia abduxit, Josepho tantisper seposito, donec post Anglicanam editionem, si non uberrimæ inessi, saltem non ignobili spicilegio locus relinqueretur. **Quod** si Monachio adhuc vita supereisset, non dubium est, quin ad pristina de Josepho edendo consilia rediturus esset, siquidem Anglicanæ editionis fama, qua perturbatus Josephi curam abjecit, in nihilum abiit. Nondum mihi prima illius Anglicanæ editionis a Viro celeberrimi nominis **EDUARDO BERNARDO** pro-Bernardi. curatae folia videre contigit. Quantum vero ex Amicis cognoscere licuit, id imprimis ejus institutum fuit, ut ex multis manuscriptis codicibus varias lectiones textus Græci, & antiquæ versionis colligeret, & nonnunquam animadversiones satis prolixas adderet, in quibus ex manuscriptis Arabicis non pauca exposuit. Verum, uti jam dictum, hanc etiam Josephi editionem nescio quæ impedimenta remorantur, & Anglorum literæ de ea plane desperare jubent, quamvis & Petiti manu exarata ad Josephum commentaria, & quæ Bosius ad Josephum collegerat, aliaque quæ ad exornandam hanc

PROLEGOMENA.

editionem facere possent, magno pretio undique conquisita & redemta fuerint.

Josephi
in scripto.
et opera.

Historia
Belli Ju-
daici.

Optandum utique, ut ex tot Eruditi Orbis Atlantibus vel uni Josephum emendatiorem, quam haec tenus prodiiit, & illustriorem edere licuisset. Neque tamen diutius ferendum, ut Bibliopolarum officinæ Josephi scriptis plane careant, ne singulare Divinæ Providentiae beneficium negligere videamur, quæ Josephi opera ad nostram usque ætatem servari voluit, abs quibus multa cognitu haud indigna scientiam nostram fugerent, & imprimis res proximis ante Christi adventum annis in ecclesia gestæ densissimis ignorantiae tenebris sepultæ jacent. Sunt autem ista Josephi scripta, quæ in eruditorum manibus versantur, libri 7. de Bello Judaico, Antiquitatum Judaicarum libri 20. cum appendice de vita sua, libri duo contra Apionem, & Panegyricus in Macabæos. Et historiam quidem Belli Judaici, quod & ipse miserabile vidit, & cuius pars magna fuit, Hebraice primum scripsit, quæ editio temporum injuria intercidit. Postea eandem Græco sermone complexus est. Tanta autem operis hujus fiducia ipsi fuit, ut illud Imperatoribus Vespasiano & Tito, quorum auspiciis bellum illud consummatum fuit, offerre non dubitaverit. Nec ingratum Imperatoribus munus illud fuit. Certè Titus Imperator, ut ipse Josephus (18.) testatur, οὐ ποτὲ ἐπελήθη τὴν γνῶσιν τοῦ αὐτού ποιοῦ τελεσθέντα τὸν προτίχειον, ὡς χαροπίζει τῇ έαυτῷ χαρεὶ τὰ βεβλαῖα δημοσιεύσα τελεσταξεν, quæ verba Nicephorus in historia sua ecclesiastica [19.] ita reddit, ut Titum libros istos de bello Judaico sua ipsius manu descripsisse dicat, idque Johanni Lango (20.) non improbabile videtur, cum Titus, Svetonio teste (21.) scribendi velocitate vel amanuenses suos superaverit, et si alias Rufinus in versione Eusebii hunc Josephi locum allegantis, & alii verba illa sic interpretati fuerint, quasi Imperator libros illos tantum subscriptione sua dignatus fuerit, quam sententiam Henrici Valesius [22.] in

(18.) de vita sua p. 1026. (19.) libr. 2. c. 18. & libr. 3. c. 11. (20.) in not. ad Nicephor. Tom. 1. edit. Græco-Lat. p. 247. (21.) in Tito c. 3. (22.) ad Euseb. libr. 3. hist. eccles. c. 10.

P R O L E G O M E N A.

in suis ad Eusebium notis priori postponendam censet. Utramvis eligamus, æstimare licet, qvanti illam Josephi lucubrationem Titus habuerit, qvam propria manu vel descriptam vel subscriptam δημοσιεύεθαι h.e. ut Rufinus in Eusebio suo interpretatur, publice legi voluit. Accedit honorificum Regis Agrippæ testimonium, qvi datis ad Josephum literis eum πολὺ θημελέσερον τῶν ταῦτα συγέργαντων ἡμεράν judicavit (23.) Qvin etiam hos libros bibliothecæ publicæ traditos, & Autorem ob ingenii gloriam Romæ statua donatum Hieronymus memoriae prodidit, (24.) Eusebium, ut alias in catalogo scriptorum ecclesiastico- rum solet, hic etiam fecutus, etsi Eusebius (25.) non solum septem illos libros de historia belli Judaici, sed gene- ratim τὰς σωστὰς ἀπόλογους publico illo honore maestos afferat. Neqve hic omittendum gravissimum Isidori Pelusiota judicium, qvi in epistola ad Adamantium (26.) hanc Josephi Ἀλώσεως ιστορίαν Ἰεράλαον appellat, & obser- vatū dignum censet, qvod homo Hebræus & patriæ suæ religionis servantissimus tragicum gentis Judaicæ excidi- um literis consignaverit, ne qvis horrendis illis & omne exemplum superantibus calamitatibus fidem derogaret. Post historiam belli Judaici Josephus ἀρχαιολογίας i. e. antiqvitatum, seu, ut alii loqui amant, originum Judaicarum libros 20. Romæ composuit, Dionysium forte Halicarnaf- sensem æmulatus, qvi ibidem totidem libros ἀρχαιολογίας Πομακῆς seu Antiquitatum Romanarum Græco sermone conscriptos ediderat. In hac archæologia Josephus Judai- cæ gentis historiam ita perseqvitur, ut ab ipsa mundi crea- tione exorsus ad duodecimum usque Neronis annum progrediatur. Qvo tempore hoc opus elucubraverit, ipse indicat, cum in fine libri ultimi se anno Domitiani decimo tertio, & ætatis suæ qvinqagesimo sexto ultimam his li- bris manum imposuisse scribit. Memoria autem lapsus vi- detur Sixtus Senensis, cum in bibliotheca sua sancta (27.)

b. 2

hos

Antiqui-
tatum li-
bri.

(23.) Joseph. de vit. p. 1627. (24.) Catalog. Scribe. eccl. c. 13. (25.) Lib. 3. histor.
eccl. c. 9. (26.) lib. 4. ep. 75. (27.) libr. 4. p. 273.

PROLEGOMENA.

hos Antiquitatum libros Hebraica primum lingua a Josepho scriptos asserit, quod de libris θελαθωσεως seu de historia belli Judaici, ut ex præfatione ad illos libros colligi potest, non item de archaeologia verum est. Evidem Vir quidam doctissimus in notulis, quas ad græco-latinam Josephi editionem manu sua adscripsit, cum hunc Sixti Senensis errorem notasset, statim seipsum corrigit: imo, ait, ut nunc quidem existimo, Josephus etiam libros antiquitatum Hebraice primum exarasse videntur. Id enim manifeste evincit locus lib. 7. c. II. p. 249. ubi fortitio familiarum Sacerdotalium in hodiernum usque diem durare legitur, quod certe de illo tempore necessario intelligendum est, cum Josephus templo nondum everso adhuc Hierosolymis ageret. Græcam enim editionem, posteaquam Romam migrasset, demū meditatus est. Verum cum Josephus Hebraicæ illius editionis nusquam meminerit, & tum demum se de antiquitatibus Judaicis scribendis cogitasse dicat, cum jam historiam belli Judaici contexeret, quod everso templo factum est, credivix potest, Josephum Hierosolymis & templo adhuc stante Antiquitates suas Judaicas Hebraice scripsisse, neque locus de fortitione familiarum Sacerdotalium id evicit. Si enim in Hebraica, quæ fngitur, Antiquitatum editione Josephus scripsit, fortitionem illam in hodiernum usque diem durare, idque necessario de tempore, quod conflagrationem templi antecessit, intelligendum est, cur Josephus in Græca editione, quam templo pridem in cineres redacto elaboratam, & anno Domitiani decimo tertio, qui post templi conflagrationem tertius, & vigesimus fuit, absolutam fuisse constat, verba ista non mutavit? Atqui in ea expresse dicit, divisionem

P R O L E G O M E N A.

fionem 24. familiarum Sacerotalium per singulas hebdomadas in liturgiæ officio sibi succendentium ἀλλα τῆς σύμμετος οὐκέποιησι διάρασσε. Nimirum per hodiernum diem non præcise tempus, quo ista literis tradebat, sed seculum, quo vivebat, & integrum ætatis suæ curriculum intellexit, vel forte μετασπάντιον illum familiarum Sacerotalium etiam templo jam everso eatenus adhuc durasse scribit, quatenus illarum Familiarum numerus & ordo in recenti omnium memoria viguit, & in Sacerdotum reliquiis nomina ista manserunt, et si eorum functiones, quarum gratia divisio illa per fortē facta fuerat, jam cessassent. Ex his autem, quæ de ^{De vita sua.} Josephi Archæologia dicta sunt, etiam de tempore, quo historiam vitæ suæ in literas retulit, judicari potest. Est enim ea narratio appendix & epilogus Antiquitatum, ut ipse Josephus ad calcem libri 20. testatur, ubi se, antequam Antiquitates finiat, nonnulla de vita sua dicturum Euphronito significat, cui etiam in fine opusculi de vita sua totum Ἀρχαιολογίαν suæ opus, quod ipso impellente & stimulos addente pertexuerat, se dedicare scribit. Quamobrem ipsi errant, qui Eusebium eo nomine erroris arguant, quod, quæ ex Josephi vita excerptis, sub Ἀρχαιολογίᾳ titulo allegaverit (28.) Et hæc ipsa causa est, cur Labbeus (29.) & alii Josephi librum de vita sua in græco-Latina editione, quam nova hæc sequitur, a libris Antiquitatum avulsam & distractam nolent. Cæterum ad hoc Josephi opusculum remittimus, qui de ejus profapia & vitæ genere, & rebus usque ad sextum & quinquagesimum ætatis annum gestis plura cognoscere cupiunt. Post historiam belli Judaici, & Judaicarum Antiquitatum seu Originum ^{Libri contra Apionem.} libros, quibus vitæ suæ curriculum Josephus attexuit, novi operis elaborandi occasionem subministravit Apio Grammaticus Alexandrinus, quem Tiberius Cæsar cymbalum mundi vocare solebat, cum Plinio judice (30.) publicæ famæ tympanum potius videri potuisset. Cum enim illud mundi cymbalum magno doctrinæ strepitu contra

P R O L E G O M E N A.

Judaicæ gentis antiquitatem in sonuisset, Josephus gentis suæ vindicias ex ipsis Græcorum monumentis adornavit, & duobus libris, qui passim $\tau\alpha\alpha\pi\chi\omega\mu\tau\alpha$ seu de antiquitate inscribi solet, cum Moloni & aliis, qui de Judæorum legibus & institutis falsa quædam commenti fuerant, respondit, tum imprimis Apionis calumnias tanto profanæ doctrinæ apparatu confutavit, ut magna Hieronymum (31.) hæc legentem admiratio subierit, cum ab homine Hebræorum Græcorum bibliothecas tam studiose evolutas animadverteret. Supereft tractatus de imperio rationis, seu panegyricus in Maccabæos, si modo is Josephum Autorem habeat, qvod Eruditorum multos negare Gulielmus Cave (32.) observavit. Eusebius (33.) illud opusculum $\tau\alpha\alpha\pi\chi\omega\mu\tau\alpha$ nominat, & vulgo $\tau\alpha\alpha\pi\chi\omega\mu\tau\alpha$ λογισμός inscribi, & a quibusdam *Maniabancorū* appellari scribit. Hieronymus (34.) valde elegantem libellum vocat. Hornius autem Augustodunensis, (35.) Græcum titulum $\tau\alpha\alpha\pi\chi\omega\mu\tau\alpha$ λογισμός, quem apud Hieronymum invenerat, non satis commode exprimit, cum ait hunc Josephi librum, in quo Maccabæorum martyria digesta sunt, de potentia inscribi. In Manuscripto quodam codice Vindobonensi, qui diversus est ab eo, quem supra recensuimus, nec in eorum numero fuit, qui ad Bosium transmissi sunt, titulus est hujusmodi: Ιωακείδης τὸ ἀντονογράφητος πῶν παθῶν λογισμὸν ἔνει, ut refert Lambecius (36.) qui etiam indicat codicem illum tantum usque ad illa proœmii verba pertinere: τὸ γὰρ ἡπὶ μηρῆς καὶ μεγάλου παρερμένην ιανδύναμόν εἴη δι' ἐκατέρης γὰρ ὁσπάτως ὁ νόμος ἡ περιφανεῖται, quæ verba in editis exemplaribus plane defunt, nec in manuscripto Paulinæ nostræ bibliothecæ codice comparent, etsi ille multas integras periodos habeat, quæ in vulgata editione desiderantur, ut ex appendice novæ hujus editionis manifestum est. Fratres autem illos Maccabæos, quorum martyrium Josephus in hoc opusculo exposuit, etiam Johannes Chrysostomus,

Gre-

(31.) Epistol. ad Magnum. (32.) Histor. liter. scriptor. eccles. p. 22. (33.) lib. 3. c. 10. (34.) in catalog. Script. eccl. c. 13. (35.) libr. 1. de luminaribus eccl. c. 13. (36.) Tom. V. biblioth. Vindob. p. 104.

P R O L E G O M E N A.

Gregorius Nazianzenus, Augustinus, Gaudentius, Leo Magnus & alii ecclæsiæ Doctores sermonibus suis celebrarunt. Sunt forte & alia quæ Josephus scripsit. Nam in fine libri 20. promittit, se, si Fata concederint, historiam belli Judaici & vitæ suæ ~~καὶ τὰς θεραπείας~~^{et modicorum} denuo recensitum, & quatuor insuper libros de Judæorum opinionibus circa Deum & Iusque essentiam, & legum rationes editum. Scripta a Josepho promissa & deperdita.

Quæ promissa Josephus non implevit, nisi forte hæc monumenta temporum injuria interciderint. Idem dicendum de volumine *αὐτολογίων*, cuius in limine Antiquitatum suarum meminit. Ejus autem jacturam non adinodum dolendam arbitratur Cunæus (37.) & ipsius Josephi interesse putat, quod perierit, cum ex specimine, quod libro I. Antiquitatum c. i. legitur, satis appareat, Josephum frigida quædam mysteria & putidas argutias isto volumine complexum fuisse. Cui consentiens Bœclerus (38.) opus illud Josephi ætiologicum nihil aliud fuisse præsumit, quam campum *στρατιῶν*, in quem plura Judaici pulveris nube obscurata & corrupta *φλοσφήματα* se posuerit. Sunt etiam, qui ex Hieronymi præfatione ad librum XI. Commentariorum in Esaiam colligunt, quod Josephus Librum de 70. hebdomadibus Danielis composuerit. Cum enim ibi Hieronymus Africanum, Origenem, Eusebium, Clementem Apollinarium, Hippolytum, & Tertullianum commemorasset, subjungit, Josephum Porphyriumque plurima de eadem quæstione disputasse. Verum cum Hieronymus non indicet, quis Josephus ille fuerit, & ubi quæstionem illam tractaverit, incertum plane est, an Flavius Josephus peculiarem tractatum de 70. Danielis hebdomadibus unquam ediderit. Ad Pseudepigrapha Josephi opera pertinet liber *τῶν παντῶν*, cuius fragmentum in editionis hujus appendice exhibetur, & de quo plura inferius dicemus.

Etsi vero genuina Josephi opera, quæ ad nostram usque ætatem pervenerunt, citius pariter & saepius peregrinatio,

b 4

Editiones
Josephi
Graecæ.

PROLEGOMENA.

no, qvam proprio Græci Sermonis habitu ex officinisty-
pographicis emissa fuerint, de Græcistamen editionibus
prius dicere convenit. Primæ editionis Græcæ Aldinæ
mentionem facit Cl. Arnoldus in præfatione ad testimoniu-
m Flavianum, ubi Casaubonum manu sua ad hanc editio-
nem ex codicibus Regiis multa annotasse, & se, dum in
Anglia versaretur, exemplar illud apud Seldenum vidisse
memorat. Verum cum ipsa Casauboni verba statim sub-
jiciat, in quibus editio illa Græca cum Parisiensibus manu-
scriptis collata Basileensis dicitur, non dubito, quin Typo-
graphi vitio Aldina vocetur prima Josephi editio Græca,
qvæ Arnoldina potius dici debuisset. Primus enim fuit
Arnoldus Peraxylus Arlenius, qui Græcum Jose-
phi textum Basileæ M D XLIV. typis Hieronymi Fro-
benii & Nicolai Episcopii in lucem publicam eduxit, cum
in Diegi Hurtadi Mendozæ Cæfarei tum apud Venetos
Legati bibliotheca, qvæ postea in Escurialensem transiit,
[39.] insignem hunc thesaurum invenisset. In qua editio-
ne ad emendandos & restituendos posteriores Antiquita-
tum libros, cum eos multis in locis depravatos deprehen-
disset, epitomen qvandam Josephi, qvam Romæ nactus
fuerat, adhibuit, & adscito in partem laboris Sigismundo
Gelenio, ut qvam fieri posset castigatissime prodiret, pro-
curavit. In historia belli Judaici, & cæteris Josephi scriptis
minus negotii habuit, cum & sua exemplaria satis accu-
rate scripta essent, & alia insuper Johannes Crotus & Pe-
trus Gillius suppeditarent, qvorum erga se studium & in
bonas literas amorem eo nomine collaudat. Græcam hanc
editionem post annos 67. exceptit græco - latina typis
Petri de la Roviere A. C. MDCXI. Coloniæ Allo-
brogum excusa, qvæ ut emendatior prodiret, manuscri-
pti qvidam Codices bibliothecæ Palatinæ collati sunt,
qvos in Typographi gratiam a Bibliothecario Jano Grute-
ro Marvardus Freherus impetravit, et si jam longius ope-
ræ processissent, cum istæ membranæ ad Rovierium trans-
mitte-

P R O L E G O M E N A.

mitterentur, qvi pollicitusqvidem est, se Virorum quo-
rundam doctorum notas & varias Lectiones ejus, qvi ma-
nuscripta illa Palatina excusfit, studio collectas propedi-
em peculiari volumine luce publica donaturum, sed, ut
eventus docuit, promissis tantum dives fuit. Ipsa autem
Roveriana operum Josephi editio græco-latina sine ulla
mutatione A. C. M DC XXXIV. apud Johannem Cri-
spinum iterata fuit. Et præter illas modo recensitas nul-
la alia vel græca vel græco-latina operum Josephi editio
haec tenus visa est. LIBER tamen DE MACCABÆIS etiam ex-
tra Josephi opera in nonnullis Græcis Bibliorum editioni-
bus tertio Maccabæorum libro subjectus reperitur. Fa-
ctum id in editione Bibliorum A. C. M D XXVI. Argen-
tinæ typis Wolphianis a Lonicero procurata, qvem tri-
bus Maccabæorum libris librum Iosephi de martyrio se-
ptem fratrum Maccabæorum irreligiose attexuisse Mori-
nus (40.) arguit, qvi & plures Bibliorum Græcorum edi-
tiones recenset, in qvibus Iosephi de Maccabæis liber apo-
cryphis insertus legitur, nempe duas Basileenses, qvarum
una A. C. M D XL. ex Hervagii officina, altera M D L.
typis Nicolai Brylingeri prodiit, & Francofurtensem A.
C. M D XCVII. typis Wechelianis editam, qvibus addi-
potest editio Apocryphorum græco-latina Basileæ A. C.
M D LXXXII. in lucem publicam emissa, & forte aliæ.
Eundem Josephi librum de Maccabæis JOHANNES LLOY-
DIUS & auctiorem & emendatiorem cum latina interpre-
tatione & notis edidisse perhibetur. (41) Postremo eun-
dem librum FRANCISCUS COMBEFISIUS in novissimo, qvod
vocat, Bibliothecæ Patrum auctario græce & latine 1672.
Parisiis vulgavit.

Interpretes Josephus varios habuit, qvi ejus scripta
ex lingua Græca in Latinam, Germanicam, Hispamicam,
Italicam, Gallicam, Anglicam, Belgicam & alias transfu-
derunt. Ad latinos Interpretes, ut ab his ordiamur, qvo-
dammodo referendus est S. AMBROSIUS Mediolanensis ec-
clesiæ

Interpre-
tes Latini.

Ambrosi-
us vel
quisquis

(40.) Exercit. Bibl. lib. i. exerc. 9. c. 1. (41.) Conferatur Witte in Diario biographico
ad A. C. 1603.

P R O L E G O M E N A.

Autor est
 librorum
 de exci-
 dio Hie-
 rosoly-
 mitano
 sub He-
 gesippi
 nomine
 editorū.

clesiæ Antistes, siquidem ille Autor sit librorum 5. de ex-
 cido Hierosolymitano, qvisub HEGESIPPI nomine circum-
 feruntur a Jacobo Fabro per Jodocum Badium Ascensi-
 um, Godofredo Hittorpio, Laurentio de la Barre, Corne-
 lius Gvalthero & aliis editi, & Patrum qvoqve bibliothe-
 cæ inserti. Est enim hoc opus nihil aliud, qvam liberior
 translatio librorum Josephi de bello Judaico, cui etiam
 nonnulla ex libris ἀρχαυλογίας admista sunt. Qvod vero hi
 libri de excidio Hierosolymitano Ambrosium Autorem
 habeant, etsi multis incredibile videatur, Ludovicus ta-
 men Vives (42.) libros illos sub Ambrosii nomine allegat.
 Nec alienus est ab hac sententia doctissimus Gronovius
 (43.) non repugnaturus, si qvis Ambrosium ætate adole-
 scenter aut in exordio pontificatus sui opus hoc lusisse
 contendat. Qvam conjecturam & styli cum Ambrosiano
 convenientia & fides nonnullorum veterum codicum
 confirmat, qvaliseft ille Mediolanensis, quem Mabilloni-
 us (44) literis partim Longobardicis partim Romanis ma-
 jusculis scriptum memorat. In eo enim liber Egesippi se-
 cundus hoc titulo signatur: **Incipit secundus Ambro-**
situs Episcopus de Græco transtulit in Latinum.
 Quem Ambrosii ut interpretis titulum etiam nonnullæ
 Hegesippi editiones præferunt, ut ex Ascensiana & Hit-
 toriana manifestum est. Qvod autem hi libri Hegesippi
 tanquam primarii Autoris nomine vulgo gaudeant, inde
 factum est, qvod Josephi nomen librariorum vitio cor-
 ruptum fuerit. Pro Josepho enim sæpe scribi solebat Jose-
 pus aut Joseppus, vel etiam Josipus aut Josippus. Unde
 & in Mediolanensi Hegesippi codice, quem paulo ante
 memoravimus, multis foliis libri qvinti in capite pagina-
 rum hæc verba apposita leguntur: IOSEMPI LIBER
QVINTUS. Ex Iosippo autem in nonnullis exemplari-
 bus levi mutatione Igisippus natus est, ut ex pervetustis
 membranis, qvæ apud Isaacum Vossium fuerunt, Co-
 lome-

(42.) ad Augustinum de Civit. Dei lib. 21. c. 5. (43.) obseruat. ad Scriptor. eccl. c. 1. p. 6. (44.) Mus.
Ital. part. 1. tom. I. p. 14.

P R O L E G O M E N A.

Iomesius (45.) probavit. Tandem vero Egesippi vel Hegeſippi nomen huic operi adhæſit. Cum enim proximo post Apostolos ſeculo Hegeſippus qvidam claruerit, qui qvinqve libros actuum eccleſiaſticorum composuit, ab Eusebio & aliis antiquis Scriptoribus commendatos, facili errore libris qvinqve de excidio Hierosolymitano Hegeſippi nomen assignatum fuit, et ſi non ex Hegeſippo, ſed ex Iofippo vel Iofephō expreſſi fuerint. Nonnulli tamen existimant, libris illis de excidio Hierosolymitano Hegeſippi nomen non librariorum errore inditum, ſed ab Autore ſponte adſcritum, ſive qvod hoc nomen qvoad literarum ſonum cum Iofippi nomine magnam cognitionem haberet, ſive ut ex Hegeſippi fama operi huic antiquitatis autoritatem adderet. Interim Hegeſippi nomen, unde cunq; illud libri de excidio Hierosolymitano ſortiti fuerint, multis fraudi fuit, ut Hegeſippo Apostolorum temporibus vicino historiam excidii Hierosolymitani tribuerent. In qvorum numero miramur fuisse Casparum Barthium, (46.) qui, cum multa ſeqvioris ævi indicia in Hegeſippo deprehenderet, qvæ veteris Hegeſippi ævo convenire minime poſſent, hunc ſcrupulum ita ſibi eximebat, ut diceret idem Egeſippo contigisse, qvod in Eutropio aliisqve Autoribus factum eſſe conſtat, cum jam a multis ſeculis Monachi id in more habuerint, ut longiora ſcripta in epitomen redigerent, aut breviora affutis variis laciniis extenderent. Et Egeſippi qvidem libros immanibus cumulis ex Rufini Iofephō petitis diſtentos atqve effarctos judicat, de coetero minime dubitans, qvin priſcus Egeſippus illorum librorum Autor censeri debeat. Diſcedit ab hac ſententia Gerhardus Johannes Voſſius. (47.) & qvod mireris, ipſe Barthius, qui alibi (48.) non parvam Monachorum impudentiam fuisse queritur, qvod Egeſippum, qui hodie extat, cum veteri illo confuderint. Voſſius autem dum Barthii ſententiam refutat, ad alterum extreum labitur, dum Autorem hujus operis ſex-

cen-

(45.) Paralipom. ad cav. Chortophyl. p. 239. edit. ult. (46.) libr. 48. Adv. a. 4. (47.) libr. 3. de Hift. Lat. p. 707. & de Hiftor. Grac. libr. a. c. 14. (48.) libr. 34. Adv. c. II.

P R O L E G O M E N A.

centis & amplius annis Ambrosio juniores facit. Otium hic nobis fecit doctissimus Gronovius (49.) qui utrariique sententiam confutavit, & Autorem, qui sub Hegesippi nomine excidii Hierosolymitani historiam conscripsit, neque ad tempora Apostolicæ ætati proxima evehendum, neque ad Scriptores infimæ vetustatis detrudendum, sed sub Theodosii imperio collocandum probavit. Sive autem Ambrosius hujus operis autor sit, sive alius Scriptor Ambrosio coævus, certum est eum Josephi vestigiis sic infistere, ut quodammodo interpretis vice fungatur. Ea tamen libertate interpretem agit, ut multa de suo admisceat, & subinde non tam Josephum, quam sui ingenii impietum sequatur. Unde Scaliger (50.) de Hegesippo ait, quod sincerum Josephi vas incrustare conservaverit. Sanctum quoque Hieronymum Josephi opera unacum Papiæ & Polycarpi libris in latinam lingvam transtulisse rumor ad Lucinii Bætici aures tulerat. Verum Hieronymus (51.) respondebat, tantum nec otii sibi fuisse, nec virium, ut tantos Autores pari venuestate in alias lingvas exprimere potuerit.

Rufinus. Äquivalis tamen Hieronymi Rufinus Aquilejensis Presbyter Josephi Antiquitates & historiam belli Judaici & duos contra Apionem libros latinitatem donasse perhibetur. Unde antiqua illa & vulgata istorum librorum versio in Latinis Josephi editionibus Rufino passim tribuitur. Nec refragantur codices manuscripti, & in his antiquissimus ille, qui Mediolani in Ambrosiana bibliotheca extat, laudatus a Burneto in suis epistolis de itinere suo Italico (52.) & Mabillonio (53.) qui hoc volumen ex charta Ägyptica constare, & aliquot libros Josephide antiquitatibus Judaicis continere scribit, & Boschæ quidem non consentit, qui ab annis mille trecentis hoc volumen scriptum suspicatur, antiquissimum tamen illud esse, & ante mille & centum annos exaratum judicat. Num vero recte Rufino versio ἀρχαιολογίας ιεροτέλης & duorum librorum contra Apionem tribuatur, haut immerito dubitari possit. De libris

ἀλώσεως

(49.) observ. in Script. eccles. c. 1. & 21. (50.) animadvers. ad Euseb. chron. num. 1950. (51.) epistol. 28. (52.) epistol. 2. (53.) Mus. Ital. Tom. I. part. I. p. 12.

P R O L E G O M E N A.

minor dubitandi ratio existit. Etsi enim eorum versio ut ex Cassiodori divinis lectionibus seu institutione divinarum literarum (54) patet, ab aliis Ambrosio, ab aliis Hieronymo, ab aliis Rufino adscriberetur, vicit tamen sententia pro Rufino, neque stylus ab aliis Rufini operibus discrepat. At cum idem CASSIODORUS ibidem dicat, quod Josephi Antiquitatum libros 22. [intelligit libros viginti *ἀρχαιολόγιας* & duos *ἀρχαιῶν* contra Apionem] per Amicos suos non sine magno labore latine reddi curaverit, ex eo haud obscure colligi potest, Cassiodori ævo, quem integro & amplius seculo Rufinus antecessit, nullam adhuc illorum Josephi librorum versionem extitisse. Quorsum enim amicis suis tantum laborem imposuisset, si jam olim a Rufino suscepimus fuisse. Saltet istam Rufini versionem silentio prætermisssurus non fuisse, si forte illi meliorem & fideliorem substituere voluisset. Fatendum autem est, antiquam Josephi versionem tam in historia belli Judaici quam in antiquitatibus & duobus libris, quibus famosum illum πλειστον Απιονem (55) superavit, plurimis in locis Græco Josephi textui parum respondere, siue corruptos codices habuerit. Interpres, siue bonos malo sensu corruperit. Koukav Φίλιππον seu adducere auxiliares copias Antiquo illi interpreti idem est ac per Coricum transire. (56.) Vicum Emmauntem seu Ammauntem Josephus (57.) ab Hierosolymis stadiis ἐγένετο dissitum dicit, quod cum Luca (58.) convenit, & parum tamen abfuit, quin Vir quidam doctissimus, cuius Bochartus (59.) meminit, Lucam falsi argueret, cum apud Latinum Josephi interpretem triginta stadia legisset. Alibi antiquus ille Josephi interpres Σιών seu nivem per æstus explicat, ut plura alia hujusmodi taceant, in quibus interpres Josephi cum ipso Josepho non magis convenit, quam cum ex bubone, quem supra Agrippæ paulo post morituri caput adstitisse Josephus tradidit, Eusebius

c

(60.)

(54.) c. 17. Tom. II. Operum Cass. p. 550. edit. Rotomag. (55.) Ita Apio vocatur a Plinio lib.

57. c. 5. Gell. lib. V. c. 14. Clemente Alex. lib. I. Strom. p. 235. (56.) lib. 14. Antiqu. c. 16.

(57.) lib. 7. de Bell. Jud. c. 27. (58.) Luc. XXIV, 12. (59.) Chan. lib. 2. c. 16.

P R O L E G O M E N A.

(60.) Angelum formavit. Non est hic prolixè differendī locus, qvalem in aliis Scriptoribus vertendis Rufinus se gesserit. Notum est qvod in Eusebio multa omiserit, multa de suo adjecerit, multa denique pessime reddiderit, ut cum Zachariam Johannis Baptiste Patrem, cuius Eusebius vel Lugdunenses in sua epistola apud Eusebium obiter meminerant, in Martyrem Lugduni sub Antonino passum transmutavit. Qvali perfidia Origenis scripta tractaverit, non opus est, ut Erasmi (62.) Dallæi, (63.) & aliorum verbis exponamus. Habemus enim confidentem reum, siquidem ipse Rufinus in præfationibus ad libros *τελώνων*, item in præfatione & epilogo Origeniani in epistolam ad Romanos Commentarii non dissimulat, quantum sibi in Origene interpretando licere existimaverit. Sed, ut ad Josephum redeamus, nec hoc tacendum est, antiquam versionem interdum saniorem esse, quam novam, & ipsi Græco, qvalis nunc est, textui præferendam. Unicum libet adducere exemplum. Refert Josephus, qvod Boozus, cum Ruthem ducturus esset, coacto Senatu & adducto Ruthis cognato, qvieam ducere recusabat mulierem jussit accedere cognatum suum, & juxta legem calceum ei detrahere, *καὶ τὸν ἄνδρα τὸν γεννητόν* (64.) Rectius antiquus interpres in suo exemplari legit: *Καὶ πλέως τὸν γεγονότον*. Sic enim vertit: **Booz testificans Seniores, jussit mulieri, ut ejus calceamentum solveret juxta legem, & in faciem ejus expueret.** Respexit nimirum Josephus ad legem de fratria ducenda, qvæ extat Deut. XXV, 9. et si ea ad præsentem causam non spectaret, ut post Drusum Selenus [65.] observavit. Sed hæc de antiquioribus Josephi interpretibus dixisse sufficiat. Nunc ad recentiores pergen-
Gelenius. dum, e qvorum numero SIGISMUNDUS GELENIUS libros 20. antiquitatum nova versione donavit. Cum enim Arnoldus Arlenius in græca sua Josephi editione libros antiquitatum
juxta

(60.) libr. 2. hist. eccl. c. 10. ubi allegat locum ex Josephi Antiquit. libr. 19. c. 7. (62.) Prolog. ad Orig. (63.) de script. Ignat. c. 40. & seqv. (64.) Antiquit. libr. 5. c. 11. (65.) de succession. in bon. defunctor. c. 15.

PROLEGOMENA.

juxta duos codices ex diversissimis terræ tractibus petitos, quorum uterque alterius lacunas explere poterat, edidisset, non deerant, quin novam hujus operis interpretationem ad Græcos fontes exactam desiderarent. Gelenius autem tanto lubentius id operis in se suscepit, quod antiquatum libros non perinde ac historiam Belli Judaici a Rufino versos animadverteret, siquidem non referrent hominem utriusque linguae peritum, qualis Rufinus seculo suo fuit, nec stylo libros de bello Judaico æqvarent. Novo igitur stylo hos libros reddidit, & nonnulla a veteri interprete omissa supplevit. Idem & Josephi librum de vita sua in Latinam lingvam transtulit. In historia autem Belli Judaici & libris contra Apionem veterem versionem ad Græcum textum castigavit, quod tamen ubivis factum non esse collatio ostendit, quemadmodum etiam nova, quam fecit, Antiquatum versio, eruditorum censuram effugere non potuit, unde Vorstius (66.) egregiam reipublicæ literariæ navaturum operam judicat, si quis Flavii Josephi versionem, in pluribus a Græco textu discedentem, ad limam revocaturus esset. Josephi librum de vita sua Godofridus TILMANNUS Carthusiæ Parisiensis Monachus latinè vertit, & typis Michaëlis Fezandat Parisiis exprimendum dedit, quod ex Petri Lambecii ad Principem Augustum epistola didicit. Prodiit ista Tilmanni versio anno 1548. quo ipso anno Gelenius in præfatione ad Josephi opera Basileæ scribebat, vitam Josephi nunc primum in præsenti operum ejus editione a Latinis hominibus legi posse. Referendus esset ad Latinos Josephi interpres etiam ERASMUS ROTERODAMUS, si tractatum de Maccabæis ex Græco Josephi textu expressisset. Verum cum Græcum codicem ad manus non habuerit, e latinis tantum Græca conjectavit, & mutatis nonnullis versionem illius tractatus antiquam elegantiori stylo reddidit. Eundem tractatum de Maccabæis Lloydius & Combefius in Latinum sermonem traduxerunt, ut alias libelli isti. translationes, quæ in nonnullis bibliorum editionibus

Tilmannus.

Erasmus.

Lloydii.
Combeffius.
Alii

P R O L E G O M E N A.

Editiones
operum
Josephi
latinæ.

nec non in nonnullis Josephi editionibus leguntur, taceamus. Sunt autem Latinæ Josephi editiones variæ. Antiquissima forte est, cui neque annum nequelycum impressionis adscriptum Bosius (67.) indicat, quod eam ex liberalitate Curatorum bibliothecæ Rhedigerianæ habuit. An præter Antiquitates Judaicas plura Josephi opera editio illa complexa fuerit, nescio. Nullus etiam impressionis annus & locus adscriptus est libris septem de Bello Judaico per Platinam castigatis, quos in suis Typographiæ incunabulis Cornelius a Beughem (68.) memorat. Idem Beughemius (69.) Antiquitates Josephi Judaicas Venetiis per Ludovicum Cendratam impressas tradit. Aliam Josephi Latinam editionem Venetiis 1486. excusam in bibliotheca sua habuit celeberrimus Heinlius (70) Secuta est apud Venetos alia editio A.C.M CCCC XCIX. quæ Antiquitatum libros, historiam de Bello Judaico, & duos libros de antiquitate Iudeorum contra Apionem præmissis singulorum capitum argumentis exhibuit. (71.) Quam grata hæc Venetorum opera eruditis fuerit, & quam avidos emtores Iosephus invenerit, ex eo colligere licet, quod vix triennio elapso nempe M D II. iterum nova Josephi editio Venetiis prodierit. Prodiit illa typis Bernardini Vercellensis, sumtibus Andreæ Asulani. Præmissa est tabula rubricarum, quæ singulorum capitum in Antiquitatibus & historia belli Iudaici argumenta continentur. Et illa quidem, quæ ad historiam belli Iudaici spectant, Autorem habent Magistrum Franciscum Maceratam, Ordinis minorum, & ita concepta sunt, ut ferme epitomes instar haberipossint. Addita etiam est epistola Hieronymi Squarzafici Alexandrini ad Raynaldum de Novimajo, in qua Josephi libros a Rufino translatos indicat, & Josephi vitam e juratissimis, ut ait, Autoribus eliciti breviter subjungit. Aliam Josephi editionem Venetam, quæ A.C.M.DX lucem adspexit, Reinesius in quadam ad Adolphum Vorstium epistola, (72.) Mediolanensem, quæ per Alexandrum Minutianum M D XIII. prodiit, Bosius in sua ad Josephi

(67.) Exercit. ad period. Joseph. (68.) p. 178. (69.) p. 79. (70.) Conf. Catal. Bibl. Heinliæ fol. 20. (71.) Conf. bibliothecam Fris. p. 233. (72.) epistol. 22.

P R O L E G O M E N A.

phi periodam exercitatione, (73.) Parisiensem a Roberto Goulet typis Johannis Barbieri A. C. M D XIV. procuratam Lambecius in sua ad Augustum Principem epistola, (74.) aliam Parisiensem A. C. M D XIX. ex officina Johannis Parvi emissam Possevinus (75.) commemorat. Postea A. C. M D XXIV. Coloniæ in ædibus Eucharii Cervicorni Josephi opera impressa sunt, addito, qvi in prioribus editionibus desideratur, libello de Machabæis per Erasmus recognito. Præmissa est Jacobi Sobii ad Lectorem præfatio, in qua Josephi versionem a Godofredo Hitlerio ad vetustissima Latina exemplaria diligenter recognitam asserit. Græcum enim textum Sobius temporum injuria plane deperditum suspicabatur, nisi forte in Roma na Bibliotheca latitaret. Additus etiam est index, qvem Cornelii Lynnicensis industria debemus. Eodem anno M D XXIV. eadem Josephi opera Basileæ Johannes Frobenius excudit, qvi agnoscit, in Coloniensi editione, qvæ suam aliquot mensibus antevertit, loca qvædam non infeliciter restituta, multa tamen in mendis suis adhuc relictæ asserit, cum adeo depravatus Josephus fuerit, ut expurgando huic Augiæ stabulo unus Hercules non sufficerit. Qvibus præmissis speciminiis gratia loca qvædam indicat, qvæ veterum exemplariorum collatione in Basileensi hac editione emendata sunt. Bene sibi cessisse suam Josephi editionem cum animadverteret Eucharius Cervicornus, distractis primæ editionis exemplaribus A. C. M D XXXIV. Josephum majori labore & industria recognitum iterum Coloniæ prælo subjicit, additis etiam monumentis, qvæ sub Beroſi, Manethoniſ & Metastheniſ nomine Johannes Annus Viterbiensis orbi literato venditavit. Sed hic iterum cum Colonia de Josepho Basilea certavit. Eodem enim anno M D XXXIV. Basileæ ex officina Frobeniana Josephus exiit, Sigismundi Gelenii studio recognitus, qvi Antiquitatum quidem interpretationem veterem ob Græcorum Codicum penuriam tantum

P R O L E G O M E N I A.

ad vetusta quædam exemplaria Latina contulit, historiam autem Belli Judaici ex duobus Græcis codicibus, quorum unum Georgius Arminiacus Rutenorum Episcopus, alterum Johannes Crotus obtulit, emendavit, & tantundem laboris aut aliquanto plus in libris contra Apionem adhibuit, ut a legentibus intelligi possent. Et hæc editio Basileæ A. M D XL. repetita fuit, in qua Typographus (76.) monet, librorum de Bello Judaico & contra Apionem exemplaria Græca ex Gallia, Germania & Polonia corrogata fuisse, & cum Latinis collata, & in libris contra Apionem circa finem primi, & initium secundi libri plus quam centenos versus additos fuisse, quibus haec tenus omissi fuerant. Paulo post nempe A. M D XLVI. Sebastianus Gryphius Josephi opera tribus voluminibus distincta minori forma nempe plagulis in octo folia complicandis publicavit. Et istæ quidem, quas haec tenus recensui, editiones antiquam Josephi versionem exhibent, de cuius Autoribus supra dictum est. Anno autem M D XLVIII. Basileæ nova Antiquitatum Judaicarum versio a Sigismundo Gelenio concinnata lucem publicam adspexit, cui & cetera Josephi opera juxta antiquam versionem & liber de Maccabæis ex Erasmi paraphrasi adjuncta fuerunt, & quæ haec tenus in Latinis editionibus nondum vissus fuerat, Josephi liber de vita sua ab eodem Gelenio in Latinam linguam translatus, quæ editio Basileæ A. M D LIV. repetita fuit. Has editiones secutæ sunt duæ Lugdunenses, quarum una A. M D LV. altera M D LVII. utraque apud Gryphium impressa, & duæ Basileenses, quarum una A. M DLIX. altera M DLXVII. utraque ex officina Frobeniana prodit. Et in priore quidem Basileensi liber de Maccabæis ex Erasmi Roterodami paraphrasi legitur, quæ haec tenus etiam in aliis Josephi editionibus retenta fuerat, in posteriore autem alia versio occurrit, cuius hoc est initium: disputatus dñe ad philosophiæ rationem maxime pertinente num affe-
tibus

P R O L E G O M E N A.

Exibus imperet pia ratio, recte fecero, si vobis, ut
Philosophiae sedulo incumbatis, consuluerο.

Quæ Francofurti ad Mœnum A.C. M DLXXX. impen-
sis Sigismundi Feyerabend procurata est editio, figuris
exornatur, & singulis foliis chronologiam adscriptam ha-
bet, ipsumque textum doctorum hominum laboribus &
vigiliis a pluribus mendis expurgatum pollicetur. Anno
M D LXXXII. iterum Basileæ ex Frobeniana officina
vulgatus est Iosephus, itidem chronologia & aliis scholiis
marginalibus illustratus. Anno M D LXXXVIII. Sigis-
mundus Feyerabend Francofurti Iosephi opera denuo
typis imprimi curavit, sed minori forma, & ad commodio-
rem usum adornata. Anno M D XCIII. Coloniæ apud Io-
hannem Gymnicum sub monocerote Flavii Iosephi ope-
ra iterum latine prodierunt, ut Genevensem anno M D
XCV. a Iacobo Stoerio excusam, Francofurtensem anno
M DC XVII. vulgatam & alias taceamus. Quorū et-
iam spectant Nicolai Asclepii Barbati periodiæ & argu-
menta librorum 20. de Antiquitatibus Judaicis & librorum
septem, de Bello Iudaico singulorum capitum summam
singulis tetrastichis complectentia, quæ una cum Ducum,
Iudicum, & Regum populi Israelitici historia per Bartho-
lomæum Stenum conscripta Coloniæ typis hæredum Ar-
noldi Birckmanni anno M D LXIV. in lucem prodierunt,
item compendiosissima Belli Iudaici descriptio, quam ex
Iosepho collegit, & Coloniæ M DLII. edidit Georgius
Vicellius, ut alia ejus generis taceamus. Dignus autem
omnino Iosephus fuit, quin ab eruditis modo Græce &
Latine, sed etiam a vulgo in vernaculis variarum gentium
Anguis legeretur. Et de Germanis quidem suis hac in cau-
fa bene meritus est D. CASPAR HEDIO, qui anno M D
XXXI. Flavii Iosephi opera in Germanicam lingvam con-
vertit, & Argentiæ typis Michaelis Meyeri & Baltha-
faris Bockii primum edidit, anno M D XXXV. & forte sæpi-
us novis typis impressa. Præmissa est explicatio vocabu-

Veriores
Germani-
ca.

PROLEGOMENA.

lorum lingvæ Hebraicæ, Chaldaicæ, Græcæ & Latinæ, qvæ in Josephis scriptis passim occurunt. Cui nominum explicationi subjunguntur, qvæ Gulielmus Budæus in libris de Asse & ejus partibus ad loca qvædam in libris Josephi contra Apionem animadvertisit. Fatetur autem elegantiori habitu Germanicum suum Josephum legentium oculis se oblaturum fuisse, nisi defectu Græcorum exemplarium, qvætum adhuc in bibliothecis latebant, tantum ad Latinos codices conformatus fuisset, qvos adeo corruptos fuisse queritur, ut non sine magno labore multisqve vigiliis loca qvædam restituere, eorumqve sensum assequi potuerit, qva in re etiam Melchiorem Ambachium, & Wolfgangum Musculum auxilio sibi fuisse non dissimulat. Minime tamen dubitat, qvin improbo suo labore tantum efficerit, ut ex Germanica sua versione Latina exemplaria, si prælo iterum subjicerentur, plurimis in locis emendari possent, ne amplius mala culmos

Esset rubigo, segnisqve horreret in arvis
Carduus, - - - - -

Lappæqve tribuliqve interqve nitentia culta
Infelix lolium, & steriles dominantur avenæ.

Postea, cum Arnoldi Peraxyli Arlenii studio Græcus Josephus in lucem editus fuisset, Bibliopolæ quidam Francofurtenses per M. JOHANNEM SPRENGENIUM & ZACHARIAM MUNZERUM ex Græco textu Josephi opera in Germanicam lingvam transferri curarunt, qvorum versionem Johannes Feyerabend Francofurti anno M D LXXXI. prælo iterum commisit, cum primæ editionis, qvæ Georgii Rabi & Cognati cujusdam sui impensis ante aliquot annos facta fuerat, exemplaria nulla amplius superesse intelligeret. Neque hic silentio prætermittendus CONRADUS LAUTERBACHIUS, qui itidem Flavii Josephi opera, qvæ extant, omnia Germanice reddidit, nihilqye eorum omisit, qvæ Iosepho vel ornatum vel lucem afferre poterant, Ejus

PROLEGOMENA.

Ejus interpretatio primum Argentorati anno M D LXXIV. itenqve MDXCV & MDCXI & novissime Francofurti M DCLXXVI. lucem publicam adspexit. Libri septem de Bello Iudaico Francofurti anno M D LII. seorsim typis Christophori Egenolfi Germanice prodierunt, qvo interprete, cum editio illa ad manus non sit, dicere non possum. In Hispania JOHANNES MARTINUS CORDERO Valentinus, qvi multa veterum & recentiorum Scriptorum monumenta in sermonem Castellæ vernaculum traduxit, Iosephi qvoqve libros septem de Bello Iudaico post veterem, qvæ ei displicuit, Catholicorum Regum Chronographi interpretationem Hispanice edidit, impressos Antverpiæ anno M DLVII. & Madriti anno M DC XVI. Antiquitates autem Iudaicæ, in eandem lingvam traductæ, una cum vita Iosephi ab ipsomet conscripta, & tractatus de imperio rationis seu de Maccabæis incerto interprete Antverpiæ anno M DLIV. typis Martini Nucii prodierunt. In Italia PETRUS LAURUS Mutinensis Iosephi Antiquitates Iudaicas Italice reddidit, qvas Balthasar Constantini Venetiis anno M D XLIX. ex officina sua prodire jussit. FRANCISCUS autem BALDELLUS non Antiquitates modo, sed etiam libros de Bello Iudaico, libros duos contra Apionem, & tractatum de imperio rationis in Italicam lingvam convertit, qvæ Baldelli versio in duos tomos distributa itidem Venetiis anno M DLXXXI. lucem publicam adspexit. Gallia Flavium Iosephum in sua lingua prodeuntem særissime confexit. Prodiisse Iosephum Gallice anno M CCCC XCII. Cornelius a Beughem in Typographiæ incunabulis tradit, interpretem non addit, & forte ipse interpres nomen suum latere voluit. Inter eos, qvos Gallice Josephum interpretatos fuisse novi, fuit NICOLAUS DE HERBERAY. DOMINUS DES ESSARS, qvi præter alia etiam Iosephi libros septem de Bello Iudaico Gallico sermone expressit anno M DLVII. Parisiis excusos. Agit de eo Autor, qvi de Eruditis & præcipuis eorundem scriptis judicia pluribus tomis hactenus vulgavit, eumqve in Josepho

P R O L E G O M E N A.

pho vertendo bonas horas melius, qvam in transferendis Amadisi libris collocasse censet (77.) Omnia Josephi opera Gallice interpretatus est FRANCISCUS BURGUNDUS, cuius versio Lugduni apud Johannem Temporalem & postea apud hæredes Jacobi Junti, nec non Parisiis anno M D LXXIII. apud Claudium Micræum prodiit. Hanc Francisci Burgundi versionem postea correxit JOHANNES LE FRERE DE LA VAL, & hæc Burgundiversio a Frerio Lavallensi ad Græcum textum emendata Parisiis MDLXX. apud Nicolaum Chesneau una cum Latina versione, ita ut una alteri qvoad singulas periodos respondeat, lucem publicam adspexit. Additum est in eadem editione historiæ de bello & excidio Judaico compendium, qvod studio Davidis Kyberi ex Hebraico Josepho Latine concinnatum Franciscus Belleforestus in Gallicam lingvam trans-tulit (78.) Neqve hic omittendus Antonius Fayus, qvem a Bosio inter Gallicos Josephi interpretes referri video (79.) Nec mirum, qvod qvi Livium Gallici sermonis habitu donavit, Josephum qvoqve, qvem Græcum Livium Hieronymus appellat (80.) eodem honore dignatus fuerit. Verum plerasqve ex his Josephi versionibus etsi a populi baribus suis factas Galli parum æstimarunt. Alias enim ob Ityli barbariem aspernati sunt, alias minus fideliter translatas arguerunt, nonnullas etiam de hæresi suspectas habuerunt, cum in illis phrases quasdam & loquendi formulas observare sibi viderentur, qvibus ferendis non essent aures Romanis placitis assuetæ, ut Johannes Galloëlius (81.) in ephemeridibus Eruditorum annotavit, qvi etiam addit GILBERTO GENEBRARDO Josephi versionem felicius cessisse. Cum enim ante ipsum intrâ quinquaginta annum spatium quinqve aut sex versiones Josephi Gallicæ produissent, postea vel centum anni elapsi sunt, anteqvam quisquam de nova versione Josephi cogitaret. Cum igitur tot Interpretibus in unius libri versione defatigatis omnes jam

(77.) Jugemens de Scavans tom. 3. Sect. 930. (78.) Conf. la Bibliothèque d' Antoine du Verdier p. 368. (79.) exercit. ad Josephi periocchiam c. 1. p. 12. edit. secund. (80.) epistol. ad Eustoch. de custod. Virginit. c. 15. (81.) Anno 1667. d. 16. Januar.

P R O L E G O M E N A.

jam in Genebrardi versione acqvescerent, haud mirum cuiquam videri potest, qvbd illi excudendo præla toties desudaverint. Prodiit enim Parisii apud Michaëlem Sonnum anno M D LXXXVIII. apud Claudiū Rogerium M D LXXXVIII. apud Lucam Bruneau M DC IV. ut alias editiones taceamus. Neq; tamen erroribus suis & næ-
vis hæc Genebrardi versio destituitur, qvos passim a doctis
notari videas. Sane Casaubonus [82] Gelenii & Rufini er-
rores leves esse censet præ iis, qvos Genebrardus commisit,
qui tantum sibi in Josepho licere existimavit, ut pro voce
Cleopatra posuerit: *ceste chiene, pro vocibus;* διωρ
ωτη: il donne à ceste putain, ex qvo magnam illius
Theologi πηγλοκτῶν arguit, qvam etiam Thuanus [83.] in
ejus elogio notavit. Postremo ARNOLDUS D' ANDILLY qua-
tuor & viginti abhinc annis Judaicas Iosephi Antiquita-
tes Gallice edidit, qvibus post biennium etiam historiam
Belli Iudaici, vitam Iosephi ab ipsomet conscriptam, li-
bros contra Apionem, tractatum de Maccabæis, & Philo-
nis legationem ad Cajum Caligulam adjecit. Cum enim
per integrum seculi spatium lingvæ Gallicæ cultus tantum
increvisset, ut Genebrardi versio nemini amplius jucunda
esse posset, si vel maxime Iosephi sensus accurate expres-
sisset, operæ se pretium facturum existimavit, si nobilissi-
mum scriptorem, qvem barbaræ versiones pæne exosum
reddiderant, novo ornatu genti suæ iterum conciliaret.
In hac versione Andillius, si Galloësio in ephemeridibus
eruditorum hoc opus commendanti credimus, Iosephum
fideliter reddidit, idqve præstare ut possit, varia manuscri-
pta consuluit, nec fideliter modo, sed comte etiam & niti-
de Iosephum expressit, dum Gallicæ lingvæ elegantias ad
Græci sermonis emphases tam feliciter applicavit, ut fa-
cundia cum Iosepho certare videatur. Imprimis autem
istos eloquentiæ flores depræhendere licebit in historia de
Bello Iudaico, & maxime in oratione Anani, qvæ libro

4.C.13.

¹ (82.) Exercit. 1. contra Baron. Se&c. 9. n. 8. (83.) libr. 19. hist. p. 77.

PROLEGOMENA.

4. c. 13. extat, nec non in descriptione horrendæ famis, quæ libri 5. cap. 28. legitur. In versione Antiquitatum fatetur se a Græco textu nonnihil dissentire circa descriptionem tabernaculi & mensæ, in qua facri panes repositi fuerint, cum hæc & alia quædam loca in Græco textu adeo corrupta fuerint, ut ea corrigendi necessitas sibi imposita fuerit. Hæc Andillii versio etiam extra Galliam typis commissa fuit. Anno enim M DC LXXXVI. Bruxellis quinque voluminibus distincta prodidit. Tria priora volumina complectuntur libros 20. Antiquitatum, duo posteriora exhibent Josephi librum, de vita sua, libros 7. de Bello Judaico, libros duos contra Apionem, tractatum de Maccabæis, in quo vertendo Andillus non Erasmi paraphrasin, ut Genebrardus, sed Græcum textum secutus est, & denique Philonis legationem ad Cajum. Uno volume, quod elegantissimis figuris æri incisis exornatum est, Andilliana illa Josephi versio Amstelodami anno M DC LXXXI. prodidit. Nondum videbat Andillianam Josephi versionem, ut unicum hoc addam, Bosius cu[m] exercitationem suam ad periodam Flavii Josephi prima vice ederet. In altera autem illius exercitatio[n]is editione concedit quidem Andillii versionem sermonis elegancia coeteris præstare, neque negat Græciæ leprores haud raro in ista versione feliciter exprimi, vix tamen credendum censet, quod Andillus manuscripta Græca consuluerit, aut quod hæc versio majestati textus originalis perfecte respondeat, etsi Sorbonenses in approbatione operi præfixa ejus rei fidem facere voluerint. Quin potius existimat, Andillum Gelenianæ magis versioni quam Græco textui inhæsisse, ideoque nonnulla, quæ Gelenius obscure interpretatus fuerat, plane omisisse. Quod judicium aliorum, qui penitorem Gallicæ lingvæ cognitionem habent, examini relinqvo. In Anglia THOMAS LODGE Josephi historiam Judaicam in patriam suam lingvam trans-tulit, & Oxonii vulgavit, ubi etiam M DC LXXXVI. Josephi opera recognita & emendata juxta elegantissimam versio-

Anglica.

P R O L E G O M E N A.

versionem Andillii in Anglicam lingvam traducta cum locis scripturæ parallelis, tabula Geographica Palæstinæ, alijsque imaginibus æri incisis ad illustrandam Iosephi historiam facientibus prodierunt. In Belgicam lingvam Amstelodami anno M DC LXXVIII Flavii Josephi opera omnia ex Græco Latinoqve recens convertit LAMBERTUS VAN DER Bos, cui editioni annexus est Hegesippus, qvem ex Germanico transtulit Simon de Vries. Præfixa sunt singulis libris & capitibus summaria, accedunt ducentæ & qvinquaginta icones æneæ elegantissimæ, tabula chronologica indicesqve chronologici & biblici, nondum antea impressi. Fortasse etiam in aliarum gentium lingvas Josephi opera transferunt. Si Baronio fides adhibenda, (84.) Josephus etiam in Hebraicam lingvam ^{Hebraicæ} versus extat. Refert enim in bibliotheca Vaticana haberι manuscriptum versionis illius Hebraicæ codicem, in quo Judæi Iosephi de Christo testimonium abraferint, cujus sceleris vestigia tam manifesta esse scribit, ut nulla excusatio aut defensio locum habeat. Et qvamvis hanc narrationem Cesaubonus a veritate alienam esse suspicetur, (85.) Huetius tamen [86.] adhuc Romæ in Vaticana bibliothecam membranas istas videri, & Baronium amendacio absolvere afferit. Et hanc ipsam Hebraicam Josephi versionem etiam illustricuidam Personæ Romæ in Vaticana Bibliotheca ostensam Wagenseilius in epistola quadam ad Arnoldum memorat. E Judæis R. Schabtai ben Joseph in libro, qvem Siphte Jeschenim seu labia dormientium inscripsit, itidem affirmat, Flavii Josephi antiquitates cum bello Judaico e Græco in Hebraicum sermonem conversuisse, ut ex Actis Eruditorum didici. (87.) Interim nulla versio Josephi Hebraica in lucem hactenus producta fuit, nisi qvis Iosephi Gorionidæ historiam pro Hebraica Josephi versione habere velit, cum plurimis in locis Iosephum nostrum καὶ μόδα secutus fuerit. Edita est illa d Ioseph Ben Gorion.

(84.) tom. i. annal. A. C. 34. p. 210. edit. Rom. (85.) exercit. 16. in Baron. Sect. 154. (86.) demonstrat. evangel. prop. 3. p. 27. (87.) A. C. 1690. p. 303.

PROLEGOMENA.

Iosephi, qvi se filium Gorionis appellat, historia Constantinopoli A. M. 5250. seu anno Christi M CCCCCXC, iterumqve ibidem A. M. 5270. Christi M DX regnante Bajazetho. Qvæ autem anno M DXXIX. Wormatiæ Sebastiani Munsteri studio prodiit, brevissimum tantum est Constantinopolitanæ editionis compendium, a Iudæo qvodam concinnatum, & a Munstero Latine redditum. Observat autem Morinus, qvi Wormatiensem editionem cum secunda Constantinopolitana contulit, (88.) Autorem illius compendii nonnulla ex aliis Autoribus addidisse, nempe traditionem Talmudicam de tredecim mutationibus, a LXX. Interpretibus in Bibliorum translationem illatis, qvarum nulla mentio extet in editione Constantinopolitana, a qua compendium hoc etiam in eo discrepat, qvod solam Legem a LXX. Interpretibus translatam afferat, cum in Constantinopolitana editione viginti quatuor libri translati afferantur. Post Wormatiensem editionem Munsterus iterum aliam Basileæ anno M DXLI. vulgavit, qvæ, ut Morinus indicat, a Constantinopolitana nihil differt, nisi qvod plus media parte mutilata est. Desunt enim in Munsteriana editione priora duo capita cum tertii capitis non mediocri parte, & cum Constantinopolitana editio 97. capitibus constet, Munsteriana in capite 63. finitur, adeoque totam historiam rebellionis Iudæorum adversus Romanos, natumqve inde urbis & templi excidium omittit, ut cœteras mediorum capitum mutilationes taceam, in qvibus ut membra divisa melius cohærerent, Munsterus nonnulla verba seu periodos textui assuit. Et postremam qvidem partem, qvæde bello Iudaico agit, in Munsteri manuscripto plane defuisse suspicatur Morinus, cum nobilem istam Iosippi partem omissurus non fuisset, nisi lacerum & extrema sui parte mancum exemplar habuisset. Verum si Morinus Munsterianæ editionis titulum inspexisset, legere ibi potuisset, Munsterum

PROLEGOMENA

sterum etiam Historiam belli Judaici & excidii Hierosolymitani Hebraice a Iosepho scriptam habuisse, quippe quam se alio tempore adjecturum lectoribus promittit. Wormatiensi editioni respondet ea, quam Basileæ anno MDLIX. Sebastianus Lepusculus procuravit. Nam & illa compendium tantum continet à Judæo qvodam ex variis Autoribus, sed maxime e Iosepho Gorionide conflatum & a Munstero latine redditum. Constantinopolitanæ autem editioni conformis est Veneta, quam cum mutilata Munsteri editione comparans Scaliger observat Munstrianam a folio Venetæ septimo incipere, & in folio nonagesimo secundo desinere, postremis sexaginta tribus foliis plane omissis (89.) Integræ Constantinopolitanam sequuntur etiam Cracoviensis, & qvæ superiore anno prodit Francofurdiensis, quibus etiam Germanicam typis Hebraicis Tiguri anno MDXLVI. impressam, quæ postea Amstelodami anno MDC LXI. cum commentario ejusdem lingvæ prodiit, addere licebit. Qvamvis autem Munsterus Josephum Gorionis filium cum Flavio nostro Iosephoe eundem fuisse contendat, & ipse quoque Gorionides Iosephi nostri personam subinde mentiat, & se bello Judaico interfuisse simulet, & se a Vespasiano captum, & postea libertate donatum & honorifice habitum referat, aliaqve, qvæ vero Iosepho contigerunt, sibi tribuat, Critici tamen nares aliter leones aliter catulos oleré pridem senserunt. Noster certe Iosephus, quoties Parentis sui meminit, ubique Matathiæ nusquam Gorionis Filium se nominat, nec probabile est Munsteri inventum, qvod hic Iosephus & Gorionis & Matathiæ Filius dici potuerit, cum Gorionem Patrem agnoverit, Matathiam autem intermajores habuerit. Qvinimo Iosephus noster in historiabelli Iudaici (90) a Iosepho Gorionis Filio aperte se distinguit. Hebraicus autem ille Iosephus seu Iosippus neque pro Flavio nostro Iosepho, cuius larvam in scripto suo saepius induit, neque pro Iosepho Gorionis Filio Iose-

P R O L E G O M I R N A.

phi nostri coætaneo, a qvo & proprium & paternum nomen mutuatus est, haberi potest, cum se multis seculis utroqve juniorem abunde prodiderit, dum Hispanos ab Hannibale domitos, Gothorum, & Gallos a Cæfare subactos Francorum nomine designat, multaque alia urbium, fluminum & gentium nomina usurpat, quæ aevum a Josephi ætate remotissimum indicant. Præterea etiam Josephi gravitate plane indignæ sunt ineptissimæ & ridiculæ, quas passim nequit, fabulæ, qualis est illa de fundo Tiberis, quem a Romanis, cum Hierosolymam a Nabuchodonosore obfessam cognovissent, ære stratum narrat, ut cæteras mittamus, quas non ab alio ad Gorionidæ textum assutas fuisse, omnimoda elegantis styli cum Gorionidæ textu æquivalitas evincit. Similes igitur habent labra lactucas, cum Judæi quidam hunc Josephum Gorionis Filium ejusque Hebraicam historiam magnis elogiis commendant. Virum sapientia & prudentia insignem, justumque & rectum hunc Gorionis Filium Josephum vocat R. David Ganz, (91.) eumque ut fidellem Historicum deprædicat, cum ea, quæ narrat, ipse viderit, qvod testimonium ab Hebraico Josippo, qui Gorionis Filius audire voluit, tam alienum est, ut Josephus de Voisin in notis ad pugionem fidei (92.) ipsum Flavium nostrum Josephum a Ganzio hac laude condecoratum existimaverit, & hoc Ganzii testimonium Abarbanelis contra Josephum nostrum calumniis opposuerit. Majora sunt, quæ de Josepho Gorionis Filio & Hebraico ejus opere plenis buccis celebrat R. Abraham Conat (93.) Medicus Constantinopolitanus. Dicit enim Virum hunc divinum in libris edendis post Regem Salomonem felicis memoræ omnes antecelluisse. Quidam etiam R. Tam in animadversione, quam Constantinopolitanæ Josippi editioni adjectit, affirmare non dubitat, omnia istius libri verba justitiam esse, & nullam perversitatem in eo reperiri, & re vera

(91.) in Zemach. David q. 95. (92.) part. 2. c. 3. p. 202. edit. Carpzoyianæ. (93.) Conf. Munsteri præfat. ad Josipp. Bahl. 1541.

P R O L E G O M E N A.

vera manum Dei super hunc Virum fuisse, dum hunc librum componeret, & paululum abesse, qvin verba ipsius sint verba Viri Dei & Prophetæ. (94.) Forte adhuc majoribus elogii Gorionidem hunc suum Judæi exornarent, nisi in historia Titi a Talmudicis traditionibus dissensisset. Cum enim Judæi Titum impium vocare soleant, & fabulentur, post excidium Hierosolymitanum bibentis nares muscam introivisse, & ipsum cerebrum penetrasse, ibique in pulli columbæ magnitudinem excreuisse, & pondere duas libras exæquasse, septemque annis cerebrum ejus corrosisse & perfodisse, eaqve tandem educta & avolanteetiam animam Titi avolasse, tantum abest, ut tribulibus suis Gorionides assentiatur, ut potius Titi sapientiam & justitiam commendet, eumque a culpa vastatæ & perditæ Hierosolymæ absolvat, cum totum illud malum Hierosolymæ ob prædones, qui tum in populo Israëlitico fuerunt & propter eorum iniqvitatem contigerit, Titus autem qvicqid in vastatione urbis fecit, pressus & coatus fecerit.

Recte autem Serarius (95.) Gorionidem cum Flavio nostro Josepho comparans notavit, qvod Gorionides obscurus, incognitus, illaudatusque e tenebrisosis Judæorum antris non ita pridem proserpererit, cum contra Flavi nostri Josephi memoria tam illustris per plurima secula fuerit, ut neminem vel mediocri literarum cognitione tintetum ea fugere potuerit. Qvamvis enim ejus scripta apud Judæos in nullo pretio fuerint, qvos ignaviae in excolendo lingvarum studio & colligendo doctrinæ apparatu ipse Josephus (96.) arguit, Gentiles tamen pariter & Christiani Josephum, licet Judæum, ejusqve opera magni æstimarunt. Certe Josephi testimoniis passim utuntur, & hoc ipso se in Josephilectione probe versatos indicant celeberrimi Scriptores, Justinus Martyr, Clemens Alexandrinus, Origenes, Porphyrius, Eusebius, Hieronymus, Theodoretus, Stephanus Byzantius, & alii, qvos omnes nominare

d 3

nimis

(94.) Conf. Morines l.c. (95.) trihæc libr. 1. c. 9. (96.) libr. 20. Antiquit. cap. ult.

Fragmen
ta Josephi

P R O L E G O M E N A.

nimis longum foret. Fatendum tamen in his esse quædam, quæ in hodiernis Josephi editionibus non comparant. Eusebius enim de Jacobo Justo agens (97.) refert Josephum causam excidii Hierosolymitani & calamitatem, quæ Judæis acciderunt, Jacobi hujus supplicio his verbis imputasse: Ταῦτα δὲ συμβέβηκεν Ἰσδαιοῖς, ναὶ ἐπιδίησαν τὸν Ια-
κώβον διαισχόλων αὐτὸν ἀδελφὸν Ἰησοῦν λεγομένον Χριστόν, ἐπειδή περι δικαιοτάτον
αὐτὸν ὅντα οἱ Ἰσδαιοὶ απέντεναν, quæ verba Rufinus ita interpre-
tatur: quæ omnia acciderunt Judæis pro vindicta.
Eta Jacobi Justi, qui erat frater Jesu, qui dicitur
Justus, quem justissimum & piissimum omnium
confessione Virum Judæi interfecerunt. Et hæc
Josephum tradidisse asserunt etiam Origenes (98.) Hiero-
nymus (99.) & alii, cum tamen id apud Iosephum ho-
die non legatur. Etsi enim Iosephus referat, (100.) quod
Ananus Pontifex Secta Sadducæus, homo audax & inge-
nio ferox post mortem Festi Præsidis, & cum Albinus
Festi Successor adhuc in itinere ageret, oportuno hoc,
quod ipsi videbatur, tempore concilium convocaverit, &
Iacobum Fratrem Iesu, qui Christus dicebatur, tanquam
impietatis reum una cum quibusdam aliis lapidandum tra-
diderit, idque factum omnibus bonis, quotquot in ci-
vitate agerent, vehementer displicerent, nusquam tamen
expresse dicit, quod Deus Iacobi hujus supplicium Hiero-
solymitanæ urbis eversione vindicaverit, ideoque hunc
locum Spencerus (1.) librariorum incuria periisse suspica-
tur. Fieri tamen etiam potuit, ut eum, qui primus hac in
causa Iosephum testem appellavit, memoria falleret, cu-
jus oscitantia postea & alios oscitantes fecit. Non legitur
etiam hodie in Iosepho, quod Iohannes Baptista vere Pro-
pheta fuerit, quanquam Hieronymus (2.) id a Iosepho
traditum affirmet. Id tantum Iosephus asserit, (3.) apud
Judæos constantem opinionem fuisse, quod iusta Numi-
nis

(97) lib. 2. histor. eccles. c. 23. (98.) libr. 1. contr. Cels. p. 35. & libr. 2. p. 69. item in comment.
ad Matth. c. 13. p. 223. edit. Huet. (99.) in Catal. Scriptor. c. 2. & 13. (100.) libr. 20. Antiqu.,
c. 8. p. 698. (1.) not. ad Orig. contr. Cels. p. 31. (2.) Catalog. c. 13. (3.) Antiqu. libr. 18. c. 7. p. 626.

P R O L E G O M E N A.

nis ultiōne propter Iohannem Bapt̄istam Herodis exercitus deletus fuerit. Cum enim, ut Iosephus addit, vir optimus Iudaeos ad pietatis & iustitiae studium incitaret, simulque ad baptismi lavacrum invitaret, qvod ita demum Deo fore gratum ajebat, si animis per iustitiam prius mundatis & puritatem corporis adderent, veritus Herodes, ne tanta hominis autoritas defectionem aliquam pararet, si quidem plebe doctrinæ hujus avida magni concursus ad Iohannem fiebant, & populuse j̄us consiliis nihil non facturus videbatur, apprehendi illum vindictumque Machæruntem mitti, atque illic occidi imperabat. Porro apud Suidam [4.] longa fabula de Iesu in locum Sacerdotis cuiusdam Iudaici defuncti surrogato recensetur, in qua referuntur, Iosephum in suis de Hierosolymitano excidio commentariis dicere, ὅτι Ἰησὸς ἐν τῷ ιερῷ μετὰ τῶν ιερῶν ηγίασε, seu qvod Iesus in templo cum Sacerdotibus sacra fecerit. Et haec verba a Iudeis ex Iosepho expuncta putat Huetius, [5.] ego vero haec verba Iosepho potius afficta existimavimus, qvod eadem facilitate me probaturum confido, qvam qvod hic locus a Iudeis erasus fuerit. Aliud fragmentum Iosephi ab Euostathio Antiocheno servatum censet Isaacus Vossius [6.] qvod ita se habet: αὐτέθανε δὲ [sermo est de Harane Abrahami fratre] ἐν τῷ ἔμπυλοισμῷ, ὃ ἐνεπύρισεν Ἀρεάπολις τὸν πατέρα τὸν πατέρα αὐτῆς ἐν τῷ εἰσελθεῖν ἐξελέθαι αὐτῷ [7.] Leo Allatius, qui Euostathii Antiocheni commentarium in Hexaemeron, ex quo haec verba de prompta sunt, publici juris fecit, Latine ita reddidit: decessit [Haran] in incendio, quo Abraham idola Patris sui conflagravit, [rectius incendit, vel conflagrare fecit] dum illis ut subveniret domum est ingressus. Eqvidem Euostathius in isto loco Iosephi mentionem non facit. Non dubitat tamen Vossius, qvin haec verba Euostathius ex Iosepho de prompsit, cum Georgius Syncellus eandem historiam

d 4

referens

(4.) Tom. I. voce Ἰησὸς p. 123. (5.) demonstrat. evang. p. 27. (6.) de 70. Interpret. c. 12.
(7.) Euostath. in comment. ad Hexaemeron. p. 57.

PROLEGOMENA.

referens Iosephum testem appellaverit. Et prius qvidem verum est. Syncellus enim in chronographia sua [8.] itidem refert, Haranum, cum Abraham^o idolis ignem injecisset, ea flammis eripere conatum, incendio extinctum. Verum an Iosephum ejus rei testem citaverit, haud immerito dubitari potest. Id enim tantum Syncellus ex Iosepho se mutuari scribit, qvod Abrahamus omni studio annis fuit, ut Patrem suum a fingendis & colendis idolis averteret. Nihilominus tamen Vossii sententia ex eo probabilis videtur, qvod verba qvæ apud Euostathium de sepulchro Harani ejusque liberis proxime præcedunt, eadem ferme sint, qvæ apud Josephum in Antiquitatibus leguntur, (9.) ex qvo colligere licet, Euostathium ea quoqve, qvæ de Harani combustionen narrat, e Josepho haūsisse, qvamvis nec Euostathius Josephum nominet, neqve verba illa apud Josephum hodie legantur. Idem Vossius (10.) aliud Josephi fragmentum, qvod in ejus operibus hodie desideratur, ex Græcorum Patrum catenis adducit, nempe tale: ἀπόποντας
λογιστάμενος μεθύοντα λαὸν τῷ προφετείᾳ Θεῷ διέχασθαι. Et forte plura hujusmodi inveniet, cui Græcorum Patrum catenas pervolvere vacabit.

Mirabitur vero forte quispiam, qvis Josepho inter Græcos Patres locus, & ipse Josephus mirari possit, qvod Seqvoqve Principibus permistum agnoscat Achivis.

Sunt enim variæ Græcorum Patrum catenæ, in qvibus Josephinomen Græcis Patribus intermixtum legitur, qvales sunt catenæ in Genesin & Lucam, qvas Lambecius in suis de Vindobonensi Bibliotheca commentariis recenset, (11.) ut alias sive manuscriptas sive editas omittam. Sed qvid mirum, in catenis Patrum legi, qvem in Catalogo suo inter ecclesiasticos scriptores retulit Hieronymus, & cujus aliquam partem Sebastianus Castalion ipsius Bibliis adjunxit? Enimvero argumentum, qvod Josephus in suis antiquitatibus tractavit, hanc gratiam apud Christianos facile conciliare ipsi potuit. Accessit honorificum de Christo testimoniū,

(8.) pag. 75. & iterum p. 98. (9.) libr. i. c. 7. (10.) de 70. Interpret. p. 46. (11.) tom. 3. cod. 4. & 42.

P R O L E G O M E N A.

monium, qvod in ejus Antiquitatibus legitur (12.) qvam
qvam adhuc sub judice lis est, sitne illud Iosephi de Chri-
sto testimonium genuinum, an Iosepho pia ffaude sup-
positum, vel saltem interpolatum. Ruperti, Snellii,
Reinesii, Majoris, Menassis, Gronovii, Blondelli,
Wheloci, Lansii, Ursini, Wagenseili, Boecleri, Bangii,
Fabri, & suas ipsius de hoc argumento epistolas collegit,
& simul varia Veterum & Recentiorum de hoc testi-
monio judicia ex eorum scriptis excerptis & Noriber-
gæ anno M DCLXI. sub titulo testimonii Elaviani vul-
gavit Christophorus Arnoldus. Præterea peculiaribus
dissertationibus hoc argumentum ventilarunt Bosius,
Spanhemius, & Franciscus de Roye. De eodem satis
prolixè agunt Huetius (13.) Lambecius (14.) Natalis Ale-
xander, (15.) Isaacus Wolfius (16.) & ali. Et fatendum
qvidem est hoc Iosephi testimonium non solum in editis
& scriptis Iosephi codicibus constanter legi, verum etiam
ab Eusebio tam in historia ecclesiastica qvam in demon-
stratione evangelica Iosepho tribui. [17.] Post Eusebium
ejusdem testimonii fidem confirmant e Græcis. Isidorus
Pelusiota [18.] Sozomenus [19.] Sophronius, qvi Hieronymi
catalogum Græco styllo reddidit, [20.] Cedrenus, [21.] Sui-
das, [22.] Zonaras, [23.] Glycas, [24.] Nicephorus, [25.] e La-
tinis Hegesippus, [26.] Hieronymus, [27.] ut Rufinum Eu-
sebii interpretem, & plures sequentium seculorum scri-
ptores, qvonum suffragia ad rerum summam parum con-
ferunt, silentio prætermittam. At, si vere ista Iosephus
scripsit, mirari satis neqveo, qvod antiqui ecclesiae Docto-
res, qvi ex instituto Iudæos impugnarunt, tēlo hoc con-
tra Iudæos usi non fuerint. Non incognita erant Iosephi
scripta Iustino Martyri, qvippe qvi in parænesi ad Græcos
Iosephi Antiquitates egregie commendat. [28.] Quid er-

go

(12.) libr. 18. antiquit. c. 4. p. 628. (13.) demonstrat. Evangel. p. 17. (14.) tom. VIII. bibliothec.
Vindobon. p. 5. & seqv. (15.) hist. eccl. Vet. Testam. tom. 6. dissert. 10. (16.) de 70. in-
terpr. p. 161. (17.) H. E. lib. 1. c. 11. demonstrat. lib. 3. c. 5. (18.) libr. 4. epist. 225. (19.) libr.
1. c. 1. (20.) tom. 1. Hieronymi edit. Basili. foli 123. & 124. (21.) Compend. histor. tom. 4. p. 196.
(22.) lexic. tom. 1. p. 1265. (23.) libr. 3. annal. c. 4. tom. 1. edit. ultim. p. 267. (24.) annal. part.
3. p. 234. (25.) libr. 1. c. 39. (26.) libr. 2. de excid. Hierosol. c. 12. (27.) Catalog. c. 13. (28.) p. 10.

PROLEGOMENA.

go oportunius fuisset, quam Tryphoni Iudæo Josephum opponere, si Justini ævo illud de Christo testimonium in Josephi Antiquitatibus lectum fuisset? Tertullianus quoque, qui Josephum Antiquitatum Judaicarum vernaculum vindicem appellat, (29.) etsi peculiari opere contra Judæos disputet, Josephi tamen de Christo testimonium omittit, quod sane fieri vix posuisset, si Tertulliani ætate cognitum fuisset. Chrysostomus in orationibus adversus Judæos (30.) Josephum μάρτυρα Ιησοῦ appellat, & quid de Daniele scripsit, allegat. Qui fieri potuit, ut non etiam, quæde Christo Josephus scripsit, allegaret? Mito jam alios, qui contra Judæos scripserunt, & ad Photium Patriarcham Constantinopolitanum veni. Is duabus vicibus in sua bibliotheca de Josephi antiquitatibus agit, simul codice septuagesimo sexto, & iterum codice ducentesimo trigesimo octavo. Sed neutrobi αξιομνησευτοι illud de Christo testimonium excerptit. Evidem Aubertus Miraeus in notis ad Hieronymi catalogum Scriptorum ecclesiasticorum (31.) periocham illam de Christo, quæ apud Josephum extat, a Photio memorari scribit. Verum memoria hiceum secessit. Seductus tamen, ut puto, a Miræo Lambecius in epistola ad Principem Augustum inter eos, qui Josephi de Christo testimonium progenuino agnoverunt, etiam Photium numerat. (32.) De quo errore forte monitus, tantum abest, ut eum retrahaverit, ut potius in commentariis ad bibliothecam Vindobonensem (33.) probare conetur, Photium saltēm obscuram hujus testimonii mentionem fecisse. Sicenim procedit: Photius in recensione operis aliquius, quod ταῦτα seu de universo inscriptum fuit, monet, (34.) opus illud a nonnullis Josepho attributum, sed rectius Cajo seu Gajo Romaniæ ecclesiæ Presbytero tribuendum esse, cum in eo opere Salvator noster Christus appelletur, & inenarrabilis ejus e Patre generatio accurate describatur. Cum autem postea in recensendis Josephi antiquitatibus, Jesum a Josepho Christum

appel-

(29.) in apologet. c. 19. (30.) orat. 3. adv. Judæos p. 14. edit. Harschel. (31.) cap. 13. p. 7. (32.) pag. 4.

(33.) tom. 8. pag. 14. (34.) codix. 48.

P R O L E G O M E N A.

appellari animadverteret, ne sibi contradicere cogeretur, totam Iosephi periocham excerpere noluit, sed tantum passionis Christi mentionem fecit his verbis: *καὶ τότε καὶ τὸ ΣΩΤΗΡΙΟΝ ἔγενον ΠΛΘΟΣ*, sub hoc [nempe Herode, Tetrarcha Galilææ & Perææ] etiam Salvatoris contigit passio. Qvibus verbis ad Iosephi periocham de Christo alludi statuit, cum Iosephus passionis Dominicæ nullibi nisi in decantatissimo illo testimonio meminerit. Verum Lambecius magno conatu magnas nugas agit. Verba enim illa de Domini passione Photii sunt, non Iosephi, siqvidem Photius ea, qvæ ex Iosepho excerpit, suis discursibus illustrat, & occasione Herodis Tetrarchæ obiter addit, qvod Christus sub isto Herode passus fuerit, quorsum etiam spectant, qvæ occasione Herodis Magni de Christi Nativitate, & infanticidio Bethlehemitico, & occasione Agrippæ de Iacobi majoris supplicio & Petri captivitate differit, qvæ sane Photius ex Iosepho non excerpit. Certum igitur est, altum esse de Periocha Iosephi, quæ Christi vitam breviter exponit, in Photii bibliotheca silentium, sive in Photiano exemplari plane defuerit, sive eam pro adulterina habuerit. Sane librum *περὶ πατός* etiam hanc ob causam Iosepho abjudicat, qvod Iesu in eo Christus appelletur. Atqvi in testimonio, quo Josephus Christum prædicasse perhibetur, expresse legitur: *οὐ χειροπέδης οὐδὲ τρίποδης*. Accedit quod Photius in codice 33. ubi de Justo Tiberiensi agit, hoc commune Judæorum vitium esse scribit, qvod de Christi adventu & miraculis fileant: Si igitur Photius in Iosepho tam illustre Christi elogium, qvale hodie legitur, invenisset, & pro genuino habuisset, dubio procul illud tanquam aliquid singulare, & a communi Judæorum more prorsus alienum observasset. Ne qvis autem Eusebium ut antiquiorem Photio præferendum existimet, suppetiari Photio potest Origenes Eusebio antiquior. Is enim clare testatur, qvod Josephus Jesum pro Christo non habuerit. (35.) Si Jesum pro Christo non habuit Josephus, qvomodo in Antiquitatibus dicere de Jesu potuit: *χειροπέδης οὐδὲ τρίποδης*.

PROLEGOMENA.

¶. Excipit Vosfius, (36.) Origenis verba ita explicari posse, qvod Josephus quidem crediderit, Jesum fuisse Christum seu Meßiam, sed hominem tamen, aut excellentioris naturæ, quam sit humana, non divinæ. Et hanc sententiam Apostolorum ævo apud Ebionitas & Nazaræos viguisse, qvin etiam Christo etiamnum in terris versante apud multos obtinuisse tradit. Verum Origenes expresse negat, qvod Josephus Jesum pro Messia agnoverit, & ex ipso Josepho constat, qvod Prophetarum de Messia oracula in Vespasiano impleta professus fuerit. Porro si quis objiciat, Josephum de Præcursori Christi Johanne Baptista, & de discipulo Christi Jacobo nonnulla protulisse, ideoque boni Historici partes implere non potuisse, si de Christo ipso plane filuerit: libenter concedam, Josephum de Christo non plane filuisse, qvin & hoc concedam, qvod Iosephus de Iesu verba faciens a laudibus ejus non abstinerit. Neque enim ex inveterato Iudæorum, qui hodie vivunt, erga Christum odio de illorum moribus judicandum est, qvibus miracula per Apostolos in Christi nomine quotidie facta sacrum qvendam horrorem incusserunt. Et qvamvis probari non possit, Josephum in aula Vespasiani ex conversatione cum T. Flavio Clemente, qui postea sub Domitiano ob fidem Christianam interfectus est, & cum Flavia Domitilla ob eandem causam in exilium missa, bonam de Cristo opinionem imbibisse, qvæ Ruperti (37.) conjectura fuit, aut qvod Banus Iosephi Præceptor Essenum sectæ addictus Iohannis Baptistæ sectator fuerit, adeoque de Christo inique sentire non potuerit, ut Vossius arbitratur, qui & ipsum Iohannem Baptistam Essenum fuisse ex cibi & vestitus simplicitate, baptismo, & reliquarum sectarum Iudaicarum odio colligit: (38.) ex iis tamen, quæ de Iohanne Baptista & Iacobo Iosephus retulit, satis, ut opinor, probari potest, falsam esse illorum sententiam, qui Iosephum de Christo contumeliose in suis Antiquitatibus locutum, & istarum blasphemiarum vice a Christiano

qvo-

(36.) de 70. Interpret. p. 164. (37.) epistol. ad Snell. (38.) de 70. Interpret. c. 17. p. 168.

P R O L E G O M E N A.

qvopiam insigne hoc Christi elogium substitutum statuunt. Certum quidem est Phariseos, quorum placitis se addictum Josephus in vita sua profitetur, plerosque magnō Christi odio flagrasse, at fuerunt etiam inter Phariseos ab immani illo adversus Christum odio alieni, neque sic Phariseis addictus fuit Josephus, ut non subinde eorum mores & facta perstrinxerit. Qvocirca nihil obstat, qvo minus Josephum honorifico aliquo praeconio Christi nomen condecorasse dicamus. Tale tamen illud fuisse minime dubito, qvale decebat hominem Judaeum, & qui ~~τὸν Ιησοῦν τούτου~~ Theodoreto (39.) teste non amplectetur. At qvæ hodie apud Josephum de Christo leguntur, ita comparata sunt, ut Christiano magis homini qvam Judæo convenient, unde & Sozomenus (40.) ex illis concludebat, Josephum isto scribentem propemodum clamare, Christum Deum esse. Videns hanc difficultatem Lambecius (41.) in defendenda hac Josephi periocha longe alia via incedit, qvam cæteri qvi hoc Josephi testimonium ut genuinum tuentur. Omnia enim Josephi verba in finistram partem interpretatur, qvasi non ad Christielogium, sed potius ad ejusdem vituperium & contemntum spectarent, etsi a Josepho, ut neqve Judæos neqve Christianos neqve Gentiles offenderet, ambiguis phrasibus concepta fuerint. Imprimis autem ea via Josephum solerter usum dicit, ut nihil suis verbis de Christo scribat, sed tantum propriam Christianorum traditionem ex trium Evangelistarum scriptis (Johannes enim Evangelium suum nondum ediderat) & Actis Apostolicis haustam referat, sed ita tamen, ut phrases, qvas adhibet, ad irrisiōnē Christianæ fidei torqueri possint. Cum ergo Josephus Iesum Virum sapientem dicit, respicere putat Lambecius Josephum ad loca Math. XIII. 54. & Marc. VI, 2. & tamen ambiguo sensu Christum ~~οὐ οὐδὲ~~ appellare, cum vox sapientiae nonnunquam etiam in malam partem usurpetur. Deinde cum Io-

e sephus

(39.) Commentar. in Danielem Tom. II. Opp. p. 697. (40.) libr. i. c. i. (41.) tom. 8. Bibl. Vindob. p. 22.

P R O L E G O M E N A.

sephus titulum Viri sapientis ita restringit, aut corrigit,
 ἐγε ἀνδρες αὐτὸν λέγειν χρη, si modo Virum eum appellare oportet, Lambecius non eam Josephi mentem fuisse putat, quasi Christus Deus potius quam Vir vel Homodictus fuerit, qva ratione Apollo Pythius apud Herodotum per oraculivocem Lycurgum compellavit: (42.)

Δίξω οὐ σε Θεὸν μάντεύομαι, οὐκοῦ ἀνδρες

Ἄλλ' επι καὶ μᾶλλον Θεὸν ἔλπομαι ὡς Λυκόεργε:

quem sensum a Josephi mente alienum fuisse putat, cum Christum ne Prophetam qvidem nedum Deum aut Dei Filium esse existimaverit. Qvamobrem sensum Josephi hunc potius fuisse existimat: fuit hoc eodem tempore Jesus sapiens Vir, si modo Virum eum appellare oportet, & non potius phantasma sive spectrum, siqvidem ab ipsis discipulis suis propter φάσεις naturalem humanæ potentiae modum excedentes pro tali fuit habitus. Cujus interpretationis rationem confirmat ex Matth. XIV, 26. Marc. VI, 49. Luc. XXIV, 37. Seqventia apud Josephum verba: ἦν γὰρ τοῦδε οὐκοῦ ποιητὴς, erat enim mirabilem operum patrator, alludere putat ad verba populi apud Lucam c. V. v. 26. dicentis: ἐδοκίλιον τοῦδε οὐκοῦ ποιητὴς. Veretur autem Lambecius, ne hic etiam anguis in herba lateat, & Josephus forte per ἔργα τοῦδε οὐκοῦ άποστολα seu incredibilia intellexerit. Porro cum Josephus Christum fuisse dicit διδάσκαλον αὐτούς πῶν σὺν ήδονῇ τ' αληθῇ δεχομένων seu Doctorem hominum cum voluptate vera suscipientium, his verbis Christum a Josepho perstringi censet ut Magistrum piscatorum, publicanorum, muliercularum aliorumque rudium hominum qvævis paradoxal dogmata simplici credulitate suscipientium, & cum voluptate tanquam vera amplectentium. Pro qva interpretatione illustranda Ciceronem adducit (43.) qui asserit, fictas quoque fabulas, e quibus utilitas nulla dari potest, cum voluptate legi. Seqvitur apud Josephum:

(42.) libr. i. c. 66. (43.) libr. 5. de finib.

P R O L E G O M E N A .

phum. si o. Kal. Iunii. Inde ut nunc ē ratiōē amōrē etiā hēta,
qua verbo Lambecius sic interpretatur: & multos
qvidem Judæos multos autem & gentiles se-
gvaces natus est, nempe Judæos, ut adūtūm
adjungit, per prædicationem Evangelii, Gentiles au-
tem, qvorum nomine hic etiam Samaritani comprehen-
dantur, partim sola curiositate propter famam mirac-
lorum, partim & necessitate propter indigentiam auxi-
lii ultro se offerentes. Qvod autem Josephus addit:
o Xeou. Et. Chr̄stus HIC ERAT, a Lambecio sic ex-
plieatur, qvasi sensus Josephi fuerit, hunc Jesum ad alio-
rum, qvi nomen Jesu tanquam apud Judæos admodum
vulgare eodem tempore obtinebant, differentiam Chri-
stum vulgo cognominatum fuisse, qvoniam a discipulis &
sextatoribus suis promissus Judæis Messias falso credeba-
tur. Proxima Josephi verba ita se habent: οὐδὲν εἶδεν
τὸν χριστὸν πατέρα οὐδὲν ταῦτα θάτηπομέν. Πιλάτες δὲ εἴπασαν τῷ
αὐτῷ μαθητῶν αὐτοῖς, eumque accusatum a prima-
rīis Viris nostris, cum cruci addixisset Pilatus, non
tamen cesserunt, qvi ab initio eum audiverunt.
Hie Lambecius Josephum respicere putat partim ad que-
relam duorum discipulorum Christi, qvi in itinere versus
Emmauntem Christum a summis Sacerdotibus & Prin-
cipibus populi ad supplicium crucis damnatum tristes re-
ferebant, partim ad Apostolos & reliquos discipulos in
monte oliveti Christum a mortuis excitatum interrogan-
tes, an hoc tempore regnum Israëlis reparaturus, & so-
lrium Davidis recuperaturus esset? Cum autem Josephus
sit: τίς εἰπεπερτό οἱ τὸ περὶ τὸν αγανάκτοντα, idem expri-
mi putat, qvod in Actis Apostolorum legitur c. V, 40.
τίς εἰπεπερτό οἱ τὸ περὶ τὸν αγανάκτοντα διδάσκοντες οὐδὲν εἰπανελι-
ξασθαι τὸν Χριστὸν. Etsi autem verba Josephi bene se habe-
ant, pessimos tamen sensos in illis latere suspicatur. Putat
enī. Josephum salutiferæ Christi crucifixionи insultare

PROLEGOMENA

voluisse, quæsa Personæ ac titulo Messiae, qui collapsum Israëlis regnum restituere debuisset, minime conveniret, simul & discipulos Christi deridere voluisse, qvod, licet Christum a Pilato crucifixum viderint, nihilominus tamen post mortem tam ignominiosam eum ut Messiam venerari non cessaverint. Observat etiam Josephum aperte hic Iudæum se profiteri, cum eos, qui Christum apud Pilatum accusarunt & appellat, & simul callide animi, ut præcipuum crucifixionis invidiani a Judæis amovens in Pilatum & Romanos transferat. Pergit Josephus ad eum, qui dicit: οὐδὲν τοῦτο οὐχι σύμβαντα τῷ Θεῷ προφητεῖν τούτῳ καὶ οὐδὲν αὐτὸς θαυμάσιος εἶμαι, apparuit enim his tercia die iterum vivus, prout divini Prophetæ & hæc & alia multa de ipso miranda prædixerant. Hæc verba Lambecius deprompta a Josepho esse putat ex Marc. XVI, 9. Luc. XXIV, 25. 26. 27. & aliis dictis Evangelicis & Apostolicis, in quibus Christi resurrectio & resurgentis apparitiones referuntur, ejusque gesta Propheticorum oraculorum collatione confirmantur. Minime tamen Josephi verba ita accipienda esse notat, quasi ipse vel Christi resurrectionem veram esse vel oracula Prophetarum ad eundem pertinuisse crediderit, cum potius hæc tantum ex Christianorum sententia retulerit, iisque traditionis suæ probandæ onus reliquerit, lectoribus autem suis in utramque partem judicandi libertatem concesserit. Idque ex eo confirmat, qvod Josephus non simpliciter dicit: οὐδὲν τούτῳ σύν, sed οὐδὲν ἀντίκειν, quasi dixerit: illi vivum apparuisse dicunt, fides sit penes Autores. Tandem Josephus & hoc addit: οὐδὲν τούτῳ Χειροναῦ δοκεῖτε εἰπεῖν, & nunc etiam Christianorum ab hoc denominatorū non defecit genus. His verbis Lambecius Josephum non modo se Christianorum numero eximere ait, sed etiam mirari, qvodeo tempore, qvo haec scripsit.

PROLEGOMENA.

scripsit, ullus adhuc Christianorum superfuerit, cum præsertim persecutio, qvam sub Nerone Christiani passi sunt, tam gravis fuerit, ut totum Christianorum genus ea extingvi posse videretur. Hæc paulo prolixius ex Lambecio excerpere haud gravatus sum; cum isti de bibliotheca Vindobonensi commentarii in paucorum manibus versentur, & ab aliis, qvi de hac Josephi periocha scripferunt, hactenus nondum, qvod sciam, ad examen revocata fuerint. Videntur autem mihi Lambecii interpretationes nimis longe petitæ, & tam coactæ, ut longe satius videatur, locum hunc Josephi ut spurium plane rejicere, vel saltem interpolatum agnoscere, qvam hoc modo ut genuinum defendere. Qvis enim temere præsumiat, Josephum, cum Jesum sapientem Virum appellat, hoc titulo in sinistram partem uti? Christum semel iterumqve a discipulis pro spectro habitum fuisse verum est, sed qvod Josepho hæc in mentem venerint, cum scriberet, ἀγέραντος λέγει τοι, persuadere mihi non possum. Et qvalis foret hæc consequentia, Christus non tam homo qvam θεός potius seu spectrum fuit. Multa enim miracula patravit? Rectius hæc Josephi verba Huetius interpretatur, cum illa κατέχηται & oratorio more a Iosepho dicta afferit, ut prodigiorum a Iesu patratorum & beneficiorum in homines collatorum magnitudinem extolleret, ac si dixisset: tanta Christus gessit, ut Deo qvam hominibus propior videretur. Cujus explicationis illustrandæ gratia Matthiæ Corvini Pannoniæ Regis epitaphium adducit:

Corvini brevis hæc urna est, qvem magna fatentur
Facta fuisse Deum, fata fuisse hominem.

Notamus vero & hoc, in manuscriptis exemplaribus antiquæ versionis, qvæ Rufino tribuitur, verba hæc: ἀγέραντος λέγει τοι plane non reddi, unde non injuria aliquis suspiciari possit, verba illa ab aliena manu accessisse. Sane in codice ante 8. secula exarato, qvi peries Vossium fuit, verba hæc latine expressa non erant, ut ipse attestatur. Porro longe aliud est libenter vera suscipere, qvod Christi discipulis

P R O L E G O M E N A.

Josephus tribuit, aliud fabulas & quævis absurdâ cum voluptate amplecti, quæ Lambecii explicatio est. Cum autem Josephus ait: ὁ χριστὸς ἐτόπιος, certum est, quod Christi nomine Jesum Nazarenum non solum a Jesu Damnei Filio, vel a Jesu Gamalielis Filio & aliis qui illo tempore hoc nomine gaudebant distinguere voluerit, sed Christi etiam nomine Messiam intelligat. Et cum Josephus quippe Judæus Jesum pro Messia agnoscere non potuerit, non possunt ejus verba aliter interpretari, qui hoc de Christo testimonium revera a Josepho scriptum contendunt, quam quod hæc verba ellipsi vocis λεγόμενοι laborent. At Iosephus tali ellipsis utinam solebat. Nam Jacobum vocat fratrem Ἰωάννην λεγόμενον Χείρον (44.) quemadmodum & Pilatus ad Iudeos dicebat: τίνα θέλετε ἀπολύσω ὑμῖν; Βαραβᾶν, οὐ Ιησὸν τὸν λεγόμενον Χριστὸν; (45.) Malumigitur cum Montacutio (46.) statuere, verba ista ὁ χριστὸς ἐτόπιος glossema quoddam esse & marginalem Christiani cuiuspiam lectoris annotationem, Iosephi textui postea a librariis insertam. Unde & a Cedreno hoc Iosephi testimonium allegante omissa videas. Aut si Christi mentionem Iosephus fecit, fortasse his verbis usus est: ὁ χριστὸς ἐτόπιος αὐτῷ θάνατον. Sic enim Hieronymus videtur legisse, qui Iosephi verba ita exprimit: **credebatur esse Christus.** Præterea quoque non probabile videtur, quod Iosephus crucifixioni Christi insultare, aut Apostolorum fidem in crucifixum irridere voluerit. Quomodo enim crucifixioni Christi insultare potuit, quia statim addit eum a mortuis tercia die resurrexisse, quemadmodum hæc & plura alia Prophetæ prædixerant. Quæ verba ita sane a Josepho concepta sunt, ut non ex aliena, sed ex sua sententia loqui videatur. Quamobrem hæc etiam verba vel Josepho afficta, vel interpolata arbitramur. Postremo & hoc addit Lambecius, quod Iosephus historiam de Paulina quam Decius Mundus Anubidis personam simulans in templo Isidis stupravit, testimonio suo de Christo non ali-

am

(44.) lib. 20. c. 8. (45.) Matth. XXVII, 17. (46.) in var. lect. ad Euseb. demonstrat. evangel. pag. 2.

P R O L E G O M E N A.

am ob causam subjungat, quam ut Christianorum fidem de Christi conceptione & nativitate tacite suggillaret. Et tamen hoc testimonium Iosephi de Christo summo jure in Iosephi operibus pro pretiosissima & vix aestimabili gemma haberi cupit, cum per illud Sacrorum Bibliorum Novi Testamenti veritas etiam hostili attestatione confirmetur. Siigitur Lambecius hoc Iosephi testimonium tantum aestimat, quia tamen ex maligno animo & cum maximo Christianae religionis ludibrio haec a Iosepho dicta statuit, quanti hoc testimonium aestimabunt, qui insigne elogium his Iosephi verbis continet, & Iosephum vel in confinio Christianae lucis possum, vel ad confessionem veritatis singulari Dei virtute compulsum asserunt? Sane Abrahamus Whelocus in epistola ad Arnoldum [47.] totum potius Iosephum in medio & penitus e mundo tollendum existimat, quam ut illam nobilissimam de Christo periocham a Christiana ecclesia tolli patiamur.

Verum cum illam Iosephi periocham adulterinam vel saltem interpolatam esse non levia prodant indicia, & neque Christiani, quorum fides certioribus fundamentis innititur, magnopere illo egeant, neque Iudei ejus autoritate inoveantur, leve damnum erit, si gemma illa adulterina careamus. At Iosepho non aequve carere possumus. Nam non solum libros Veteris Testamenti, historicos egregie illustrat, sed etiam historiam ecclesiasticam Veteris Testamenti, quae in Sacro Codice integra non extat, continuat, quo nomine quantum Iosepho debeamus res ipsa clamat, cum e solo pene Iosepho historiam ecclesiasticam Veteris Testamenti quoad ultimas ejus periodos haurire liceat. Et vel hoc unum pro Iosephi commendatione sufficit, et si longe plura, quae nobilissimo huic Scriptori insigne precium conciliant, afferre possem, nisi soli lumen inferre intempestivum foret. Pessime quidem Historicum optime de posteritate meritum exceptit Jacobus Salianus in annalibus ecclesiasticis Veteris

Scriptorum Josephi utilitas & aut ovi-
tas.

PROLEGOMENA.

Testamenti, cum per omnes istorum annalium tomos Iosephi reprehensi outramque paginam faciat. Präverat Saliano Baronius in annalibus ecclesiasticis novi Testamenti, qvippe qui nullam Josephi carpendi occasionem prætermittit. Neque benignior erga Josephum est Leonis Allatii affectus. Cum enim Scaliger in prolegomenis librorum de emendatione temporum Josephum diligentissimum & Φλαλιδεσταν Scriptorem nominasset, & postea subjunxit: audacter dicimus, non solum in rebus Judaicis, sed etiam in externis tutius illi credi, quam omnib⁹ Græcis & Latinis, verissime quidem id a Scaligero dictum censet Allatius, (48.) sed eo tantum respectu, quatenus id audacter se dicere pronunciat, cum extremæ audaciæ sit, hominem densissimis errorum tenebris involutum omnibus Græcis & Latinis Scriptoribus anteferre. Nolo alios recensere, qui Josephum tanquam Scriptorem futilem & nullius precii traducunt. At nec defuerunt, qui Sanctorum Patrum vestigiis insistentes Josephum fide dignum judicarunt, & maximum veritatis studium in ejus operibus commendarunt. E quibus Caſaubonus (49.) arbitratur, omnes Josephi hallucinationes & αβλεψιας, si in unam summam contrahantur, vix centesimam partem culparum ab Eusebio in chronicis aliisque scriptis commissarum æqvaturas esse. Et, ut alios Josephi vindices nunc omittam, nuperime etiam Antonius Pagi Ord. Min. Convent. S. Francisci passim (50.) Josephum ab erroribus, quorum a Baronio postulatus fuerat, absolvit. Inter alia dicit, Josephum cuius magna fides & eruditio in iis, quæ narrat, elucescit, justo inclemens a Baronio tractari, ejusque diligentiam in notatione temporum spectatissimam in iis quæ sine ipso Eusebius ignorasset, ex Eusebio corrigi non posse. Fatemur tamen, Josephum ut hominem, & Judæum insuper, multis erroribus obnoxium fuisse. Unum atque alterum tantum notabimus. Libro 12.

Josephi
errores &
nœvi.

anti-

(48.) not. ad Euſtath. p. II. (49.) exercit. 12. ad Baron. p. 170. (50.) Conf. ejus Criticum ad apparat. Baron. in apparat. n. 134. & 135. it. ad A. C. 14. n. 3.

P R O L E G O M E N A.

antiquitatum c. 13. Polybium reprehendit, qvod Antiochum Epiphanem ob sacrilegii conatum periisse dicat, cum sacrilegium voluisse non videatur res digna suppicio, nisi voluntas ista perficiatur. Qvam sententiam ne quidem in soli foro simpliciter tolerari posse Rainoldus (51.) animadvertisit. Qvamvis enim ob peccata cogitationis neminem poenam pati Ulpianus pronuntiet, conatus tamen alicujus sceleris etiam humano judicio vindicatur. Qvanto minus ergo conatus sacrilegii coram divino tribunali impuniserit? inde haec in parte etiam gentiles q̄ vosdam plus vidisse quam Josephum, & alios Judæos Christo coævos, Ludovicus Ferrandus (52.) observavit. Nimurum Josephus, ut Cunæi judicium repetamus (53.) Autor omni laude dignus, & cui post sacrorum voluminum Scriptores prima esse debet fides, et si gravitate supercunctos Judæos eminet, tamen haud ubique a deliramentis abhorret popularium suorum. Adducit Cunæus ejus rei specimen ex historia Caini, in quo Josephus agriculturæ studium, tanquam ex lucri odoorum profectum & cum magna terræ injuria conjunctum damnat, unde etiam ejus muneribus per sacrificium oblatis Deum delectari non potuisse scribit, cum non sponte nata sed labore hominis avari veluti pervim producta fuerint. In qua sententia Josephum rationem fugisse etiam Boeckerus notavit, (54.) qui præterea Josephum in historia creationis & lapsus saepius impegitte & Mosis verba ob οὐλυμα ἀδαινεον oculis incumbens minus intellecta ad seqviorens interpretationes deflexisse demonstravit. Porro ad errores Josephi referenda sunt, qvæ de arte Dæmones virtute radicis annulo inclusæ per nares extrahendi, & ab obsessis profigandi tanquam singulari sapientissimi Regis Salomonis invento libr. 8. Antiquit. c. 2. retulit. Radicem autem illam dum alibi describit, (55.) aliam etiam errorem addit, cum ait, Dæmonia esse hominum impiorum spiritus, qvos vivis immergi, & eos, qvibus subventum non fuerit, necare tradit. Qvam opinionem ex Magorum disciplina haustram esse

(51.) de apocryph. tom. 2. p. 68. (52.) in Psalm libr. p. 334. (53.) libr. 5. de Rep. Hebre. p. 373. 374. (54.) exercit. in Fl. Joseph. (55.) lib. 7. de bell. Judaic. c. 23. vol 25. p. 981.

P R O L E G O M E N A.

esse Tertullianus (56.) indicat. Qvamobrem hic Iosepho, non magis credendum est, qvam illi Dæmoni puerum sedecim annorum vexanti, qvi Philostrato referente (57.) interrogatus qvis esset, respondebat se esse ἄδωλον αὐτόπε, οὐ πολέμω ποτὲ απέθανεν, seu idolum viri jam dudum in bello interfecti, qvi uxorem suam vehementer amaverit, sed qvia uxor conjugii jure violato triduo post ejus mortem alterius nupserit, summum erga mulieres odium conceperit, & a morem suum ad hunc puerum translulerit. Non proban- dum qvoque in Iosepho, qvod, cum historiam transitus Israelitarum per mare Erythræum describit, miraculum divinæ potentiae haud parum extenuet, dum ait, [58.] se hæc recensuisse, ut in sacris codicibus invenerit, & cuilibet liberam sentiendi facultatem permettere, num Dei Volun- tate via per mare Israëlitis patuerit, an naturæ sponte, qvemadmodum & Alexandri M. ductu Macedonibus mare Pamphylium cesserit, & aliam viam non habentibus iter illac aperuerit, cum Deus ejus opera ad destruendum Persarum imperium uti vellet. At qvid cum Mose com- mune habuit Alexander, qvem Strabo libro 14. Pamphyliæ littus observato æstu, & militibus umbilico tenus immisso oblique legisse & superasse tradit? Qvemadmodum igitur Plutarchus (59.) Gentiles Historicos perstringit, qvod Ale- xandri iter per mare Pamphyliæ referentes miraculum ex- citent, qvasi divina aliquia sorte Alexandro mare cessisset, cum tamen ipse Alexander in epistolis suis nullum ejus- modi portentum jactaverit: ita & Iosephum reprehendere licebit, qvod admirandum Israelitarum per mare transitum cum Alexandri per mare Pamphyliæ itinere comparans, tanto plus vero miraculo detraxerit, qvanto magis fictum amplificavit. Observarunt, qvi in Iosephi le- ctione diligenter versati sunt, qvod etiam de aliis divinis miraculis subdubitanter & frigidius loquuntur, qvam Sacrae Scripturæ autoritas postulet. Historiam enim Ionæ a ceto devorati & post triduum redditi his verbis concludit,

die Ξηλ-

(56.) c. 57. de anima. (57.) libr. 3. de vit. Apollon. c. 12. (58.) l. 2. antiquit. c. 7. (59.) in Alexand. p. 673.

P R O L E G O M E N A.

Μετὰ τὸν ἕτην αὐτούς διήγουν, ὡς θεοὺς αὐτοὺς ἐραπυέντων, ἡ ἑαυτὸν
sic retulimus ut invenimus in commentariis.

(60.) Quali epiphonemate etiam decimum Antiquitatum librum concludit, dum ait, se hæc, ut invenerit, in literas retulisse, & cuilibet integrum relinqvere, ut diversam, si velit, opinionem seqvatur. Enim vero nonnunquam veritatis amore in Josepho nimium Gentilibus placendi studium corrupit. Qvorum & illud referendum, qvod libro 2. contra Apionem scribit, [61.] supremum Legislatorem aperte Iudæis interdixisse, ne Deos ab aliis cultos riderent aut blasphemarent. Ubi autem Deus hanc legem sanxit, ne quisquam illis malediceret, qvos aliarum gentium opinio Deos confinxit? Respexit forte ad legem, qvæ Deos execrari vetat. [62.] Verum istud edictum non ad Gentilium idola, sed ad Magistratus Dei in terra Vicarios pertinet, ut jam olim Cyrillus Alexandrinus contra Julianum Apostatam ostendit. [63.] Si vero Iosephus ad legem de Diis Gentilium ore non memorandis aut nominandis, qvæ Exod. cap. 23. v. 13. legitur, respexit, ne sic qvidem probare poterit, convicia in Deos Gentilium Divina lege prohibita fuisset, ut fuse Seldenus (64.) demonstravit. Neque hic dissimulanda est pudenda illa Josephi adulatio, qva oracula de regno Messiae ad Vespasianum applicuit. Cum enim in sacris literis prædictum fuisset, istis circiter temporibus quendam ex Judæorum finibus profectum orbem terrarum imperio potiturum, id in Vespasiano implendum dicere Josephus non dubitavit. (65.) Et toto qvidem oriente vetus illa & constans fama percrebuerat, esse in fatis, ut eo tempore Judæa profecti rerum potirentur, qvam de Imperatore Romano & imprimis de Vespasiano & Tito qvod interpretati fuerint Svetonius, (66.) & Tacitus, (67.) minus mirandum est, cum & ipse Josephus facillo oraculo Vespasianum, qvi apud Judæam Imperator creatus est, designatum scripserit, (68.) a reliquis Judæis hic dissentiens,

qui

(60.) lib. 9. Antiquit. c. 11. (61.) p. 1057. (62.) Exod. XXII. 28. (63.) libr. 7. contr. Julian. (64.) de iust. nat. & gent. libr. 2. c. 13. (65.) Euseb. libr. 3. c. 8. Zonar. libr. XI. annal. c. 16. (66.) in Vespaf. c. 4. (67.) libr. 5. histor. (68.) libr. 7. de bell. Judaic. c. 12. vel 31. p. 966.

P R O L E G O M E N A.

qui oraculum illud ad se spectare rati se tanto fortius Romanis opposuerunt. Non satis ergo erat Iosepho, cum in castro Jotapata captus esset, imperium Romanum Vespasiano prædicere, nisi ipsum etiam terræ marisque & totius humani generis Dominum futurum prædixisset. (69.) Rectius autem vulgatum illud toto oriente oraculum de Iesu nostro explicari debuisse Hegeſippus (70.) & alii notarunt. Sed nolo jam recensendis Iosephi erroribus diutius immorari, quos multos esse non diffiteor. Fatendum tamen & illud, multos Iosepho errores tribui, qui potius libriis vel interpretibus tribui debuissent. Sane numeros in Iosephi operibus scriptorum vitio saepe vitiatos comprehendit Constantinus L' Empereur [71.] Et nonnunquam Iosephus ex ipso Iosepho corrigi potest. Nonnulla enim in libris contra Apionem rectius scripta sunt, quam in libris Originum scripta fuerant, ut Scaliger in notis ad selecta fragmenta veterum Græcorum uno alteroque exemplo probatum dedit. (72.) Nec defuerunt, qui Iosephum agravorum quorundam errorum culpa liberarent. Quid frequentius quam Iosepho objicere, quod a Matthæo dissentiat, dicente, Tetrarcham Herodem Fratris sui Philippi Conjugem Herodiadem rapuisse? Iosephus enim Herodiadem non Philippis alterius Herodis uxorem fuisse dicit. Atque hinc, ut Sanctis Evangelistis veritas sua constet, quamplurimi Iosephum ignorantiae & oblivionis arguunt, & in hac de raptu Herodiadis historia vel Gorionidem ab Herodum ætate longe remotissimum Flavio nostro Iosepho in cognoscenda veritate perspicaciorem fuisse contendunt. Quamvis autem Iosephus in hac causa etiam a Casaubono, quem in aliis gravissimum sui vindicem expertus est, desertus fuerit, fuerunt tamen qui insanabili huic quod videbatur, vulneri medicam manum adhiberent. Cum enim Iosephum in Herodum historia accuratissime versatum constet, non permittendum censuerunt, ut in hac Herodiadis historia mendacii argueretur. Et parum qvidem

(69.) libr. 3. de B. J. c. 27. p. 854. (70.) libr. 5. de excid. Hierosolym. c. 45. (71.) in notis ad Middoth. c. 4. sect. 3. p. 145. (72.) p. 9. & 18.

P R O L E G O M E N A.

quidem absfuit, qvin nonnulli ex Josepho Evangelistas corrigere auderent. Legitur enim in Scaligerianis, qvæ Jacobus & Petrus Fratres Puteani ex Scaligeri ore excerpserunt, veteres Christianos multa in Novo Testamento addidisse, & forte hic etiam aliquid mutasse. (73.) Verum desperatio isto remedio non opus est, cum non desit commoda ratio Josephum cum Evangelistis conciliandi, qvæ apud Grotium, (74.) Noldium (75.) & alios videri poterit. Quantum ad historiam infanticidii Bethlehemiticum attinet a Josepho omissam, Scaliger in prædictis excerptis Christianos potius alicujus additionis ad historiam Evangelicam, quam Josephum alicujus omissionis arguere videtur. Vossius autem in chronologia sacra, qvam ad mentem veterum Hebræorum & præcipue Josephi exposuit, non se mirari dicit, qvod Josephus infanticidii illius historiam prætermiserit, eum post tot crudelitatis exempla Hierosolymis & per totam Palæstinam edita, post sublatos diversis suppliciis tot filios, uxores, proximos, & amicos non magna res fuisse videatur, qvod Herodes unius vici & adhærentis territorii infantes sustulerit, qvorum stragem non adeo magnam fuisse putat, cum non omnes, sed mares tantum, & qui intra bimatum essent, cæsi fuerint. Qvod autem Macrobius libr. 2. Saturnal. c. 4. retulit, Imperatorem Augustum cum inter pueros, qvos in Syria Herodes Rex Iudæorum intra bimatum jussit interfici, filium quoque ejus occisum audivisset, dixisse: melius est Herodis porcum esse quam filium, id Vossius merum figmentum esse censet, cum Herodis filii, qui a Patre interempti suat, omnes adolescentiam jam exuerint, ideoque illud Augusti comma ad infanticidium Bethlehemiticum non pertineat. Sed esto, ad fabulas referri debere, qvod inter infantes ab Herode occisos aliquis ex Herodis filiis fuerit, omnino tamen mirandum videtur, Macrobius Gentilem de infantibus intra bimatum ab Herode occisis aliquid memorasse, & Josephum Iudæum, qui illorum temporum historiam magna diligentia persecutus est, stragem illam Bethlehemiticam silentio in-

f.

volve-

P R O L E G O M E N A.

volvere, qvæ non unicum tantum vicum, sed etiam totum circumiacens territorium pervasit.

Nova e-
ditio Jo-
sephi.

Qvamvis autem nonnulla in Josepho sint, qvæ omnem excusationem aut defensionem respuant, cœtera tamen ita comparata sunt, ut avidissimos lectores merito suo semper invenerit. Qvamobrem cum Græco-Latina Josephi exemplaria, qvibus Bibliopolarum officinæ jam pridem caruerunt, a plurimis eruditis desiderari animadverteret Vir integerrimus & sumptibus in novas Sanctorum qvorundam Patrum aliorumque bonorum Autorum editiones hactenus erogatis spectatissimus MAURITIUS GEORGIUS WEIDMANNUS, cœteris in bonos libros meritis & hoc addidit, ut Josephi opera Græco-Latine impensis suis denuo imprimi & novam insuper appendicem adjici curaret. In ista appendice primum exhibetur ARISTEÆ liber de 70. Interpretibus. Cum enim Josephus in suis antiquitatibus illam Aristæ narrationem velut in compendio referat, & ipse Aristæas in paucorum manibus versetur, visum fuit operæ pretium, Josephi operibus Aristæam adjungere. Fuit autem Aristæas e Ministris Ptolemæi Philadelphi Regis Ægyptii, quem Hieronymus (76.) Ptolemæi *ὑπερασπιστὴν* appellat, quam vocem non fideliter interpretatur Hugo Cardinalis, cum ait hoc vocabulo fidelem interpretem notariab hyper i.e. valde & pisti i.e. fides. Nec minus lepida est altera interpretatio, qva hyperaspistes est Notarius, ab hyper i.e. super & pistan assistens. Utramque deridet Erasmus, (77.) cum *ὑπερασπιστὴς* satellitem seu protectorem significet, qvia satellites *ἄστροι* seu clypei objectu Regum corpora tegebant. Neqve tamen e vulgari satellitio Aristæas fuit. Andreas enim, qvi unacum Aristea Ptolemæi Regis nomine ad Judæos alegatus fuit, in literis Regis ad Eleazarum Pontificem Judæorum *Ἄρχισωματούλας* titulo ornatur. Si igitur etiam Aristæas Regis corporis custodiam habuit, qvod Josephus asserit, [78.] ipse quoque inter præcipuos Regi corporis custodes numerandus erit. Sane Ptolemæ-

us &

(76.) præfat. in Pentateuchum seu epistol. 104. (77.) Tom. IV. Oper. Hieron. p. 6. (78.) libr. 2. contr. Apion. p. 1064.

P R O L E G O M E N A.

us & Andream & Aristeam in magno apud se honore constitutos asserit. Hujus autem Aristae & historiae, quam composuit de LXX. Interpretibus, praeter Josephum & Hieronymum etiam Tertullianus, [79.] Eusebius, [80.] Epiphanius, [81.] Syncellus [82.] & alii meminerunt. Prodiit ille Aristae liber a Matthia Palmerio latine redditus Basileæ anno 1536. apud Iohannem Bebelium una cum Olympiodori in Ecclesiasten commentario, & Gregorii Neocæsariensis in eundem Ecclesiasten metaphrasi. Et hæc Palmerii versio etiam micropresbytico seu syntagmati veterum qvorundam Theologorum, qvod Basileæ anno 1550. Henricus Petri in lucem publicam emisit, nec non Bibliothecæ Patrum (83.) inserta legitur. Sichardus autem cum Palmerii versionem minus accuratam deprehenderet, de nova adornanda cogitabat, qvod consilium postea mutavit, cum hunc laborem a Matthia Garbitio præoccupatum intelligeret, cuius versionem Basileæ anno 1561. una cum græco Aristæ textu Oporinus excudit. Postea etiam Jacobus Middendorpius Aristeam ex græcis manuscriptis & latinis codicibus restituit, & commentario suo illustravit, qvæ editio Coloniæ anno 1578. in lucem prodiit. Atqve ut de Germanicis, Italicis & Gallicis versionibus taceam, etiam in Hebraicum sermonem hanc Aristae historiam transtulit R. Azarias de Rubeis, qui hunc Aristae tractatum Hadrath Zekenim seu decorem senum inscripsit, & libro Meor Enajim inclusit. (84.) Num vero ista narratio de 70. Interpretibus vere a Ministro qvodam Ptolemaei Philadelphi, qui Aristæ nomen gessit, scripta, an ab impostore qvodam sub Aristæ nomine conficta fuerit, de eo non inter omnes æqve convenit. Alii enim cum Isaaco Vossio (85.) priorem, aliicum Josepho Scaligerro (86.) posteriorem sententiam defendunt. Peculiaris tractatu paucis abhinc annis hoc argumentum discussit Humfredus Hody, qui qvidem librum Aristæ, qvalis

f 2

hodie

(79.) *Apolog. c. 18.* (80.) *libr. 3. de præparat. evangel. c. 1. & seqv.* (81.) *de ponder. & mensur. c. 9. & seqv.* (82.) *chronogr. p. 273.* (83.) *edit. Paris. tom. 7. Colon. tom. 1. & Lugdun. tom. 2.*

(84.) *Bartolocc. Bibliothec. Rabbin. tom. 1. p. 457. seqv.* (85.) *de 70. Interpret. c. 4.* (86.) *ad Chronic. Euseb. p. 153.*

PROLEGOMENA.

hodie supereft, non diversum esse ab eo, ex qvo Josephus & Eusebius historiam de 70. Interpretibus retulerunt, ipsam autem historiam jam ante Josephi ætatem sub Aristæ nomine a Judæo qvodam confictam esse pluribus argumentis demonstrare contendit. Nostrum jam non est tantas componere lites. Qvæ in appendice Iosephi nostri seqvuntur notæ ad epitomen Aristæ vel Ariftæ a Josepho excerptam debentur Juveni non vulgaris industriae & eruditionis JOHANNI ALBERTO FABRICIO, a qvo etiam novam Apocryphorum editionem propediem expectamus.

Notas illas, cum & breves sint, & eruditæ, perlegere nec molestum, nec inutile fuerit. Varias lectiones librorum de bello Judaico & libelli de Maccabæis ex manuscripto bibliothecæ nostræ Academicæ Paulinæ collegit Excellētissimi Bibliothecarii heu nuper defuncti, sed tamen in Academia nostra & Orbe toto literato eruditionis fama immortaliter victuri Filius non degener JOACHIMUS FRIDERICUS FELLERUS, qvas Josephi lectoribus non ingratas fore arbitramur cum illarum collatio locis non nullis obscurioribus lucem afferre possit. Imprimis autem in libro de imperio rationis manuscriptus ille codex integris periodis auctor ab editis multum differre deprehenditur, qvod jam su-

Variæ Lectiones ex MSC. Lips.
Liber de Maccabæis cum versione & notis Combefisi.

praemonuimus & ipsa collatio ostendit. Ejusdem libelli de Maccabæis versionem novam a Combefisio elaboratam propterea addere voluimus, qvia Erasmi paraphrasis supra exhibita a Græco textu nimium discrepat. Nusquam enim in græco textu leguntur nomina fratrum Maccabæorum, qvæ Erasmus in sua paraphrasi expressit nescio unde hausta. Neqve in græco textu Iosephus hæc de Maccabæis ex sacris Literis se accepisse dicit, qvod in latinæ paraphraseos epilogolegitur, ut plura alia taceamus. Unde & in Erasmum invehitur Combefisius, qvod nova sua pro Iosephi antiquis venditaverit, & sub paraphraseos specie multa infarferit a Iosephi verbis aliena, diuqve sibi in votis fuisse dicit, ut eruditus qvispiam &

græcæ

P R O L E G O M E N A.

græce doctus egregiam hanc Josephi lucubrationem Latineredderet, cum Erasmus in sua paraphrasi sui potius ingenii speculationes, quam Iosephi verba expresserit. Dum autem Combefisius ita se gerit, quasi nemo hunc tractatum ante se ita interpretatus fuerit, ut latina græcis respondeant, ignorasse videtur, quod in nonnullis Josephi editionibus nempe in editione Basileensi anni 1567. Coloniensi anni 1593. & quibusdam aliis non Erasmi paraphrasis, sed alia nescio cuius interpretis versio legatur, quæ ad græcum textum proprius accedit. Initium illius versionis jam supra, ubi de Latinis Josephi editionibus actum est, indica-
vimus. Præterea in editione apocryphorum Basileensi, quæ ex Officina Brylingeriana anno 1582. prodiit, adhuc alia ver-
sio legitur, quæ sic incipit: *Studioſiſſimum ſapientiæ ſermonē declaraturus.* Non est igitur quod Combefi-
ſius, & Andillius Gallicus Josephi interpres querantur, li-
belli de Maccabæis nullam aliam interpretationem hacte-
nus extitisse, quam illam Erasmi paraphrasin. De prompsi-
mus autem novam, quam in hac Josephi appendice damus,
*Combefisi versionem cum ejusdem notis & animadver-
ſionibus ad hunc tractatum ex noviſſimo, quod vocat, bi-
bliotheſe Patrum Græco-Latinorum auctario, quod anno
1672. Parisiis vulgatum eſt.* In poſtremam appendix par-
tem rejecimus fragmentum ex Josephi paræneſi ad
Græcos, quæ inscribitur de cauſa universi contra
Platonem. Tractatum illum ~~τοῦ παντὸς~~^{Fragmen-} integrum habuit
& legit Photius, ut in bibliotheca sua testatur, (87.) ubi re-
fert hunc librum in quibusdam exemplaribus sic inscri-
ptum: ~~τοῦ παντὸς αὐτοῖς~~, in aliis ~~τοῦ τῆς Σπουδῆς παντὸς αὐτοῖς~~. Duos
vero libellos fuisse docet, quibus Autor Platonem secum
pugnare docuerit, Alcinoum quoque de anima, materia &
resurrectione ut absurdæ & falsæ differentem reprehende-
rit, & Judæorum nationem quam Græcorum antiquiorem
fuisse tradiderit. Dicit autem hunc tractatum ab aliis Jose-
pho, ab aliis Justino Martyri, ab aliis Irenæo adscriptum fu-
ffe

P R O L E G O M E N A.

isse. Ipse autem in eam sententiam inclinat, qvod hic liber a Cajo Presbytero Romano script⁹ fuerit, cum & in *ταῦταις οὖσαις* marginalibus Codicis sui Caii nomen adscriptum invenerit, & Caius in Labyrintho suo se libri de universi natura autrem professus fuerit. Josepho qvo minus hunc tractatum tribuere velit, duas imprimis rationes obstat sibi profiteatur, unam qvidem, qvod Autor de homine & anima ita differat, ut ejus discursus Hebraeorum de natura hominis doctrinæ minus convenire videantur; altera vero, qvod de Christo *περὶ τοῦ Ιησοῦ*, hoc est juxta Schottum aptissime, seu ut Tanaqvillus Faber (88.) maluit, ad nostrum ferme modum seu proxime ad Christianorum fidem differuerit, *καὶ τὸν τε ἀνὴρ αὐτὸν φέρει τὸν θεόν*, *καὶ τὸν ἐν πάτρῳ αὐτοῦ φεγγόν γέννησον αἱμένιον αὐτοῦ φωνήν*, & ipsam Christi appellationem explicans, & inenarrabilem ejus ex Patre generationem describens, qvod a Josepho Iudaico alienum esse res ipsa demonstrat. Non defuerunt tamen, qui adhuc Josepho tractatum illum vindicarent. In his Iohannes Zonaras, (89.) cum Iosephi de Christo testimonium adduxisset, subjungit, eundem Iosephum *ἐν τῷ πρῶτῳ σπλαγχνού λόγῳ, ὃς καὶ Πλάτων* *τηλεγράψας* *τοῦτον τὸν παντὸς αὐτοῖς*, seu in oratione ad Græcos, qvæ contra Platonem inscribitur de universi causa Christum ut mundi Iudicem inducere, ejusq; tractatus, ex qvo verba qvædam adducit, etiam Damascenum in suis parallelis meminisse. Et Arnold⁹ Peraxy-lus Arleni⁹, qvi Iosephi opera Græce primus edidit, non sufficientes rationes a Photio adductas existimat, ob qvas Josepho hoc opus abjudicari debeat, cum Josephus etiam in libris Originum ita de Christo ejusque operibus & miraculis differat, ut eundem virum vel hominem vix appellare audeat, & tacito suffragio ejus divinitatem veneretur. Quid sentiendum sit, superius ostensum fuit. Promittebat autem idem Arlenius, (90.) se propediem istum tractatum cum Studiosis communicaturum. Sed promissa non servavit. David autem Hœschelius cum Photii bibliothecam Græce ederet & notis illustraret, fragmentum hujus tractatus ex Italia a Maximo Margunio ad se missum notis inseruit, cui etsi Iosephi titulum præfixe-

(88.) part. i. epistol. pag. 14*r.* (89.) libr. 6. annal. c. 4. (90.) p̄f̄fat. ad oper. Joseph.

rit.

PROLEGOMENA.

rit, non injuria tamen dubitari posse statuit, an Josephum Autorem habeat, cum a Christiano potius homine scriptum videatur (91.) Post Hœschelium, Stephanus le Moyne in variis suis sacris (92.) fragmentum illud iterum vulgarit, non amplius Josephi, sed Hippolyti nomine signatum. Cum enim anno 1551 non procul ab æde Laurentiana extra muros marmorea Hippolyti statua effoderetur, quæ postea in Vaticanam bibliothecam translata fuit, præter Hippolyti canonem Paschalem in hac statua repertus fuit librorum ab Hippolyto scriptorum catalogus, in quo & hoc opus observare licet:

ΠΡΟΣ ΕΛΛΗΝΑΣ ΚΑΙ ΠΡΟΣ ΠΛΑΤΩΝΑ Η ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΑΝΤΟΣ,

Quamobrem non amplius dubitandum censet Monachius, quin hoc opus, cuius insigne fragmentum superest, Hippolyto tribui debeat: Cur autem hoc opus olima nonnullis Josepho tributum fuerit, duas affert causas. Prima est, quod Josephus (93.) promiserit, se peculiari opere $\tau\omega\eta\mu\alpha\lambda\sigma\alpha$ Θεος acturum; Altera, quod quæ in hoc fragmento de statu & loco animarum separatarum referuntur, cum iis convenient, quæ Josephus $\tau\omega\eta\mu\alpha\lambda\sigma\alpha$ "Ad" tradidit. Posset & tertia addi ex stylī æqvalitate, quam Photius observavit. Addimus & quartam ex Dodwello (94.) qui hunc $\tau\omega\eta\mu\alpha\lambda\sigma\alpha$ tractatum a Cajo (hunc enim Autorem esse putat, non Hippolytum) ex multis Autoribus & quidem propriis Autorum verbis collectum fuisse putat, quemadmodum & Macrobius ipsa Gellii aliorumque Autorum verba suppressis nominibus describat. Videtur autem ipsi verisimile, Cajum etiam nonnulla ex Josepho in librum istum transscriptisse. Certe Photius indicat autorem illius libri inter alia Judæos Græcis antiquiores demonstrasse. Ea autem quæ de Judaicæ gentis antiquitate disseruit, commode ex Josephi libris contra Apionem transcribere potuit. Forte etiam ex Josepho hauſit, quæ de mundi opificio breviter disseruit. Nam de hoc etiam argumento Autorena hujus operis tractasse ex Photio discimus. Cum autem ex variis Autoribus hoc opus collectum fuerit, quorum nomina forte vel ipse Autōr, vel librarius quispiam nonnunquam in margine notavit, hinc illud opus modo Josepho, modo Justino, modo Irenæo, modo aliis adscriptum fuit. Quamvis autem Josephus ad calcem suarum antiquitatum promiserit, se in quadripartito volumine de sectis Judæorum etiam de Deo ejusque substantia acturum, opus tamen illud a Josepho non absolutum fuisse Dodwellus suspicatur. Cum enim Epaphroditus anno post editam Josephi $\alpha\rho\chiαι\lambda\sigma\alpha$ proximo, nempe anno Domitianī penultimo, Christi 95. perierit, & Josephus infensissimos e gente sua hostes habuerit, conjicit istos Patroni casum in ipsius quoque Josephi perniciem convertisse, adeoque Josephum Epaphrodito haud diu superstitem fuisse. Cœterum cum fragmentum libri $\tau\omega\eta\mu\alpha\lambda\sigma\alpha$ sub Josephi nomine editum olim fuerit, ei in hac appendice operum Josephi locum aliquem concedere voluimus. Quod superest, benevolum Lectorem rogamus, ut qualemcumque hanc Josephi editionem boni consulat, donec vel novi Bertrami, Scaligeri, Cunæi, Petiti, Bigotii, Bosii, Monachii excitentur, vel Clarissimus Bernardus cum Josepho suo in gratiam rebeat.

Scripsi Lipsiae A. C. 1691. ante nundinas vernales.

ILLUSTRISSIMO
PRINCIPI FRIDERICO V.
COMITI PALATINO AD RHENUM,
ELECTORALIS DIGNITATIS ET PALATINATUS
hæredi, Bavariae Ducis, &c.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.



LAVII Josephi Hellenistarum Judæorum cum eruditio-
ne, tum eloquentia facile principis historica monumenta prælo
meo excusa, Princeps Illustrissime, ad T. C. humiliiter adfero. Sicut
enim scriptorum est quæ honesta sunt & seculis profutura literis
prodere: ita & in immenso aliorum super alias acervatorum librorū
exemplu typographorum interest laudabiles & bonæ frugis scripto-
res in lucem mittere redivivos, & adversus Zoilos potentium patro-
norum tutelæ committere. multiplex vero mihi causa fuit cur ad
T. C. noster confugeret Josephus: namque primum tota operis *πραγματεία* de rebus
est quæ a Principe cognoscantur dignissimis; ipsa nempe mundani Systematis divina
constitutione, humani generis ortu & propagatione, Patriarcharum vita, Mosaica Le-
gislatione, politia Hebraica, monarchiarum, quæ olim orbem rexerunt, imperio &
aliis, quæ quatuor millium annorum historiam implent autoris & eo nomine apud Prin-
cipes gratos, quod non ex infimis literatorum subselliis ad hæc scribenda prodierit ter-
ra filius; sed ex regio Hasmonæorum sangvine oriundus, & primaria sacerdotum
inter Judæos familiâ, cum in adolescentia ad miraculum usq; in literarum studio pro-
fecisset, juventutem rebus gerendis & bello, quod cum Romanis gessere Judæi, inter-
necino exercuit Galilee præfetus, consilio & manu æq; promptus, etate vero pro-
vectiori otium Romæ nactus ea literis mandavit, quæ literarum cognitione & usu didi-
cerat, vir cæteroq; in Imperatoribus Vespasiano, Tito, Domitiano ob præclaras animi
dotes acceptissimus. Verum accessit & alia causa cur Josephum coram T. C. sisterem,
beneficium quod tuæ C. debeo, ob manuscriptorum tuæ electoralis Bibliothecæ codicum
Josephi liberalem usum, quem annuente primario nostrâ ætatis Philologo Jano Gru-
tero, Bibliothecæ præfecto, impetravit singulari fùa humanitate nobilissimus & erudi-
tissimus JCtus Marquardus Freherus Tuæ C. Consiliarius. Sed qvja in hoc autore ex-
cludendo longius processeram cum membranas consecutus sum, & multi assidua inter-
pellatione ut quam primum Josephum Græce, publici juris iterum facerem efflagita-
bant, quod editionis Basiliensis quæ ante LXVII. annos unica prodiit, nullum exem-
plar supereisset; hortantibus cessi, qvorundam virorum doctorum notas, & varias le-
ctiones ejus qui manuscripta excussit studio collectas propediem peculiari volumine
editurus. Cum itaque T. C. tuorumq; beneficio sim adjutus C. T. patrocinio Jose-
phum historicum Principe non indignum jure meritoq; dedico, demisse rogans ut
quemadmodum Titus Imperat. autorem libros suos *πραγματείας* offerentem benigne
admisit, probavit, & Bibliothecæ suæ inseri jussit; ita Josephum nostrum clementi vul-
tu T. C. accipiat; & in sua per insigni Bibliotheca quæ nobis calamo exarata exemplaria
suppedavit, ut emendatior prodiret, locum obtinere patiatur. Ipse interim Deum
Opt. Max. a quo est omnis antistatus in terris, supplex orabo ut det T. C. vitam prolixam,
Principatum securum, & quæcunq; boni Principis vota sunt.

Tua Celsitudinis seruus additissimus.

PETRUS ROVERIANUS
Typographus.

DE IO-

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ ΠΕΡΙ
ΑΡΧΑΙΟΤΗΤΟΣ ΙΟΥΔΑΙΩΝ
ΚΑΤΑ ΑΠΙΩΝΟΣ ΛΟΓΟΣ Α'.

FLAVII JOSEPHI DE ANTI-
QVITATE JUDÆORUM CON-
TRA APIONEM ALEXANDRI-
NUM, AD EPAPHRODITUM,

LIBER PRIMUS.

Opera Sigismundi Gelenii restitutus.



Kανὸς μὲν ἐπολεμάνει,
Ἐδίκτης τοῖς τὸν αρχαιολογί-
αν συγγενῆς, κρατεῖσιν
δρῶν επαφρόδιτος, ποὺς στο-
χοδρόις αὐτῇ πεποτένει
Φανερὸν, τοῖς δὲ γῆρασκοῖς
τὸν ιδαῖον, ὅπερ καὶ παλαιοτάτον
τε εἰς τὸ περίτιττον εἴ-
χεν οἶδαν, εἰς τὸν χωρεῖν τοῦν εχομένῳ κατώκησεν,

λειπούσιοις εἰσὼν εἰσερχομένοις, εἰς τὸν παρ-
ημένον ιερῶν (βίβλων), οὐκοῦν ἐπειδὴν Φανερὸς συνεχα-
ψάμενοι. επειδὴν συχνὸς ὄρος τὸν δυσμήνιας τὸν π-
νων εὐρημένας πεσούσθιας Βλασφημίας, καὶ τοῖς τοῖς
τὸ δέρχαιολογίαν τὸν ἔμπορον μεταποιεῖσθαις;
τεκμηρεῖον τε ποιημένους διενεγέρησαν τὸ γῆρασκόν
πολιτεύοντας, τὸ μηδεμίας τῷ φανερῷ τὸν εἰδανού-
ισθεντὸν μνημῆς ηὔσιαδεῖ, τοῖς τετων αἰπάντων
τοῦθισι δεῖν γενέσθαι συντομῶς, τὸ μὴ λοιδορώστων τὸ
δυσμήνιαν καὶ τὸ εὐεπιτέλευτον ψευδελογίαν, τὸ δὲ
εὐεπιτέλευτον ωτοῦδε, μιδάριαν τὸ πάντας ἡσι τὰ λύθες
οἰδέναν βέλον. Τοῖς τὸν μετερχόντας δέρχαιοτητάς. γενε-
μένοις τὸν μὴ τοῦ ἔμπορον μεταποιεῖσθαις, τοῖς αἰξιο-
ποτετριτινοῖς τοῖς πάντας αρχαιολογίας τὸν τὸν εἰδανού-
χεκραφότας, αὐτοῖς δὲ εἴσωταιν εἰλογοχομένοις παρέζων
παρασυμένοις. Τοῖς τὸν Βλασφημίας περὶ γῆρασκον τὸν εἰδανού-
ροχαφότας, αὐτοῖς δὲ εἴσωταιν εἰλογοχομένοις παρέζων
παρασυμένοις. Τοῖς αἰτίας διαδένεται, διὰς δὲ πολλοῖς
ἔθνοις ηὔσιαν τὸν τοῦτον εἰδανούροχαφόταν. ἐπ-
ριθμός τοῦ Τοῦτον δὲ τὸν εἰδανούροχαφόταν τοῦ-
τον Φανερὸς τοῦτο μὴ γενεστάντον τὸ πεσούσθιαν μένοις α-
γνοεῖν. περὶ τοῦ οὐσίαν επέρχεται μεταποτεταντοῦργων, μένοις πεσού-
σθιαν τοῖς εἰδανούροχαφόταν, καὶ τῷδε τετων πανθεόντας τοῦ-
τον εἰδανούροχαφόταν ηὔσιαν δὲ οὐδὲ ποὺς ἀλλοις αἰνθρώποις δι-
ποτεταινοῦντος τὸν τοῦτον εἰδανούροχαφόταν, εἴτε δὲ
ποὺς δὲ τοῦτον εἰδανούροχαφόταν, εἴτε δὲ
habere, & ab eis consulendam esse veritatis integratatem: nobis autem & aliis hominibus
non esse credendum. Sed ego omnia in his contraria video contigisse. Quapropter decet.



Ufficienter, ut arbitror,
& per libros Antiquitatum, optime virorum.
Epaphroditē, legenti-
bus eos, aperui de no-
stro genere Judæorum,
quia & vetustissimum
est, & primam originem

B domesticam habuit. Quinq̄ue millium enim an-
norum numerum historiam continentem, ex no-
stris sacris libris Græco sermone conscripti. Quoniam vero multos video, respicientes blasphemiam
quorundam insane prolatam: & ea quæ a
me de antiquitate conscripta sunt, non creden-
tes: putantes mendacium nostrum esse genus, eo
quod nulla memoria apud Græcorum nobiles
historiographos digni sunt habiti nostri majores:
pro omnibus his arbitratus sum oportere me bre-
viter hæc dicta conscribere: & derogantium qui-
dem, yesanum spontaneumq; increpare mendaci-
um, aliorum vero ignorantiam pariter emen-
dare: universosq; de nostra antiquitate, qui sci-
licet veritatem amplectuntur, edocere. Utal-
autem in meis dictis testibus eis, qui de omni ant-
iquitate apud Græcos fide digni sunt judicandi:
eos autem qui blasphemæ de nobis atque fallaci-
ter conscripsere aliqua, per semetipos convictos
indubitanter ostendam. Conabor etiam causas
exponere, propter quas non multi in Græcis hi-
storiis gentis nostræ fecerūt memoriam: nec non &
eos, qui de nobis scribere voluerunt ne scientibus
aut nescire simulantibus indicabo. Primitus itaq;
satis admiror eos, qui existimant oportere de
rebus antiquis, Græcis tantummodo fidem
habere, & ab eis consulendam esse veritatis integratatem: nobis autem & aliis hominibus
non esse credendum. Sed ego omnia in his contraria video contigisse. Quapropter decet.

non varia^s opinione^s inspicere, sed ex ipsis rebus justitiam ponderare. Omnia siquidem Græcorū nova, & heri, (ut ita dicā) nuperq; facta cognovi: hoc est fabricam civitatum & adinventiones artium conscriptionesq; legum: cunctarumque rerum junior apud eos est historiæ diligentia, conscribenda. Apud Egyptios autem, atque Chaldaeos, & Phœnicas (desino enim nos illis connumerare) sicut ipsi fatentur, res gestæ antiquissimam & permanentem habent memoriam traditionem. Nam & locis omnes inhabitant, quæ nequam aëris corruptioni subjaceant: & multam providentiam habuere, ut nihil horum quæ apud eos aguntur sine memoria relinqueretur: sed in publicis conscriptionibus semper a viris sapientissimis diceretur. Græcorum vero regionem innumeræ corruptiones invaseré, rerum memoriam delentes. Qui autem novas constituentes conversationes omnium se primos esse credidere, sciant quia etiam sero & vix natu-ram potuere agnoscere litterarum. Nam anti-quissimum earum usum habuisse creduntur a Phœnicibus, & a Cadmose didicisse gloriantur. Sed neque illo tempore poterit aliquis demon-strare servatam conscriptionem, neque in tem-plis, neque in publicis anathematibus: quando etiam de Trojanis rebus, ubi tot annis militatum est, postea multa quæstio atque contentio facta est, verum literis usi sint: & magis veritas obti-nuit, quod usus modernarum litterarum illis fuisset incognitus. Constat autem, quod apud Græcos nulla invenitur conscriptio, poëmate Homeri vetustior: & hunc etiam post bella Trojana, fuisse manifestum est. Et ajunt neque hunc litteris suum poëma reliquisse: sed cantibus memo-ria reservatum, postea fuisse compositum, & pro-perea multam in eo competeri dissonantiam. Qui autem historias apud eos conscribere tenta-vere, id est, Cadmus Milesius, & Acusilaus Argivus, & post-hunc quicunq; alii fuisse referuntur, paululum tempis Persarum contra Græcos ex-peditionem præcessere. Sed & eos qui de cœle-sibus ac divinis primitus apud Græcos sunt pli-losophati, id est, Pherecydem Syrium & Pytha-goram, & Thaletem, omnes concorditer confi-tentur, Egyptiorum & Chaldaorum fuisse disci-pulos: & breviter conscriptissime, quæ a Græcis omnium antiquissima judicantur, ita ut vix ea-credant ab illis fuisse conscripta. Quomodo ergo non est irrationalē, ut tali fastuurgeant, Græci, tanquam soli sciant vetera, & veritatem eorum exacte tradant: aut quis non ab ipsis con-scriptoribus facilime discat, quod neq; firmiter scientes aliquid conscriptsere, sed quod unus-quisque opinatus est, hoc studuit explanare. Un-de etiam libris se invicem arguiunt, & valde con-traria de rebus eisdem non piget eos dicere. Sed ego videbor me potioribus esse superfluuus, si ex-planare voluero, quantis quidem locis Hellanicis ab Acusilao de genealogiis discrepat, & in quantis Hesiodum corrigit Acusilaus, aut quomodo Ephorus quidem Hellanicum in plurimis ostendit esse mendacem, Ephorum vero Timæus, Timæum qui post illū

A fuere, Herodotum vero cuncti : sed neque de Si-
culis cum Antiocho & Philisto, aut Callia Timae-
us concordare dignatus est: neque rursus de At-
ticis hi qui Athidas conscripserunt: aut de Argo-
licis qui de Argis historiam protulere, alterutros
consecuti sunt. Et quid oportet dicere de civi-
tatis brevibusq; rebus, quando de militia Per-
fita, & his quæ in ea sunt gesta, tantum viri pro-
batissimi discordasse noscuntur? In multis au-
tem etiam Thucydides tanquam fallax accusa-
tur, licet scrupulosissimam sui temporis historian
co inscriptissimam videatur. Causæ vero hujus disso-
nanciæ multæ forsitan & aliae querere volentibus
apparebunt. Ego vero duabus quæ dicturus
sum, maximam hujus vim diversitatis ascribo. Et
quidem primum dico eam quæ mihi propior esse
videtur: id est, eo quod ab initio non fuerit stu-
diuum apud Græcos: publicas de his quæ semper
aguntur preferre conscriptiones. Hoc etenim
principue & errorem, & potestatem mentiendi
posterioris, metus aliquid volentibus scriptitare,
concessit. Non enim solummodo apud alios Græ-
cos publica conscriptio est neglecta: sed neque
apud ipsos Athenienses, quos terrigenas esse di-
cunt, disciplinæq; cultores, aliquid hujusmodi
reperitur. Sed publicarum literarum antiquis-
simas esse dicunt leges, quæ a Dracone eis de sup-
plicijs sunt conscriptæ, modicum ante tempus
tyrannidis Pisistrati. De Arcadibus autem in
antiqvitate gloriantibus, quid oportet dici? vix
enim isti & postea literis eruditæ sunt. Cum ergo
conscriptio nulla præponeretur, quæ & discere
volentes doceret, & mentientes argueret, multa
inter conscriptores discordia nata est: quoniam
qui ad scribendum se præparabant, non studium
veritatis exhibuerunt, licet hec promissio semper
habeatur in promptu: sed verborum magis ha-
bere prolationem maximam. Et quemadmodum
laudari se in hoc super alios estimarent, ad hoc
potius semetipos aptabant. Aliqui vero ad fa-
bulas sunt conversi: aliqui autem ad gratiam,,
aut civitates laudantes, aut reges: alii semetipos
ad accusandas causas, aut conscriptores tradide-
re. in hoc se fore probabiles estimantes, & omni-
no hoc agentes, quod historiæ nimis adversum
est. Verè siquidem historia indicium est, si de
eisdem rebus omnes eadem dicant atque con-
scribant. hi vero cum quedam aliter conscribe-
rent quam illi, tunc se putabant omnium veræ
ciores ostendendi. Qyapropter causa quidem veri-
borum & calliditatis eorum, cedere nos Græcis
oportet: non autem de antiqva historiæ veritate,
& maxime de rebus propriæ uniuscuiusque pro-
vincie. Quoniam igitur apud Ægyptios & Ba-
bylonios, ex longissimis olim temporibus circa
conscriptions diligentia fuit, quando sacerdotiis
erat injunctum, & circa eas ipsi philosophabant.
Græcis immixti, usi sunt Phœnices literis, circa dis-
cem, dum consentiant omnes, tacendum hoc puto.

De nostris vero progenitoribus, qui eandem quam prædicti habuerunt in conscriptionibus solicitudinem (desino dicere, etiam potiorem,) pontificibus & prophetis hoc imperantes: & quia usque ad nostra tempora eum mæta integritate servatum est, & si oportet audentius dicere, etiam servabitur, conabor breviter edocere. Non enim solummodo ab initio probatissimos viros, & in Dei placatione præparatos, ad hæc exercenda constituerunt: sed quaternus etiam genus sacerdotum sine permixtione plurimiq; consistenter, providerunt. Oportet enim eum quæ sacerdotium habuitur est, ex ejusdem gentis nasci muliere: & neq; ad pecunias, neq; ad honores inspicere, & genus per antiquam lineam & multis testibus approbare. Quod scilicet agimus non solum in ipsa Judæa: sed ubicunque nostri generis constitutio reperitur, etiam ibi integritas ista servatur circa nuptias sacerdotum: hoc est, in Aegypto & Babylonia, & quoq;unque terrarum orbe, quilibet de sacerdotum genere sunt dispersi. Mittunt enim in Hierosolymam consribentes a patre nomen nuptæ, & antiquorum progenitorū, quicunque hujus rei testimonia præbuerē. Si autem bella proveniant, sicut jam crebro factum est, dum Antiochus Epiphanes ad nostram venisset regionem, & Pompejus Magnus, & Quintilius Varus, & præcipue nostris gesta temporibus, tunc hi qui de sacerdotibus supersunt, ex antiquis literis iterum novas conficiunt, & probant, mulieres, quæ relinquntur. Non enim ad captivas accedunt, alienigenarum confortia formidantes. Indicium vero integratis hoc maximum est, quia pontifices apud nos a duobus milibus annis denominati filii a patre conscripsi sunt. His autem qui prædicti sunt, si quid prævaricentur, interdicitur ne vel ad altare accedat, vel alia sanctificatione fungantur. Rechte siquidem, potius autem necessarie, cum neque conscribendi potestas omnibus data, neque ulla sit in descriptione discordia: sed solummodo prophetis antiquissima quidem & veterima secundum inspirationem factam a Deo cognoscendi. Fbus, alia vero suorum temporum sicuti sunt facta palam consribentibus, infiniti libri non sunt apud nos discordantes & sibimet repugnantes: sed solummodo duo & viginti libri, habentes temporis totius conscriptionem: quorum justa fides admittitur. Horum ergo quinque quidem sunt Moseos, qui nativitates continent, & humanae generationis traditionem habent usq; ad ejus mortem. hoc tempus de tribus millibus annis paululum minus est. A morte vero Moseos usq; ad Artaxerxem Persarum regem, qui fuit post Xerxem, prophetæ suorum temporum res gestas conscripserunt in tredecim libris. Reliqui vero quatuor, hymnos in Deum & vitæ humanae præad nostrum tempus singula quidem conscripta, non fuerit certa successio prophetarum. Palam namq; est i-

cum oporteat illud sciri, quod convenit promittentei aliis rerum veracium traditionem, ipsum prius hæc nosse certissime, aut rebus gestis adhærendo, aut ab scientibus consulendo. Quod ego præcipue,

circa utrumque me credo fecisse opus. Antiquitatis namque libros (sicuti dixi) ex voluminibus sacris interpretatus sum, cum essem genere sacerdos, & participarem illarum sapientiam literarum. Historiam vero belli conscripsi, multarum quidem actionum ipse operator, plurimarum vero inspectio existens & omnino eorum quae dicta, vel gesta sunt, nihil ignorans. Quomodo ergo non procaces quilibet existimabit eos, qui adversum me nituntur de veritate contendere? Qui licet imperatorum commentarios legisse dicuntur, non tamen nostrorum repugnare cum rebus interfuere. De his rebus itaque necessariam feci digressionem, significare volens facultatem eorum, qui historiam scribere promittunt. Et sufficienter, sicuti reor, declaravi, quod conscriptio rerum apud Barbaros potius solennior, quam apud Graecos est. Volo autem paululum prius disputare adversus eos, qui contendunt, novellam esse nostram conversationem, eo quod nihil de nobis, ut ajunt illi, dictum sit a conscriptoribus Graecis. Deinde testimonia antiquitatis ex aliorum literis exhibeo: & eos qui nostrum blasphemant genus, nulla ratione blasphemare monstrabo. Nos igitur neque regionem maritimam, habitamus, neque mercioniis gaudemus, neque per hoc alterutris peregrinationibus fatigamur. Sed nostrae civitates procul a mari sitae sunt: regionemque uberrimam possidentes, in ea assidue laboramus, praeципue circa filiorum nutrimenta, studentes, legumque custodiam: & traditionem pietatis, totius opus vitae necessarium judicamus. Cum accedat igitur his quae praedicta sunt, etiam vivendi ratio propria, nihil fuit antiquis temporibus quod faceret nobis commercium Graecorum: sicut Aegyptiis mercimonia, quae ab eis exportantur, & ad eos rursus importantur: itemque habitatoribus Phoeniciis maritimis, studentibus circa contractus, atque negotia amore pecuniae requisita. Sed neque circa latrocinia, sicut quidam alii vacavere, aut amplius habere concupiscentes patres nostri ad bella conversi sunt, licet regio nostra multa millia viatorum fortium possideret. Phoenices ergo propter negotiationem ad Graecorum provinciam nayigantes, repente sunt agniti, & per illos Aegyptiis, & omnes a quibus ad Graecos onera devehebant, immensa maria proscindentes. Medi vero postea atque Persae palam in Asia regnaverunt, & usque ad alteram continentem Persae militaverunt: Thraces autem propterea vicinitatem, & Scythae ab his qui Pontum navigant, cogniti sunt: & omnino universi juxta mare vel Orientale, vel hesperium habitantes, aliquid conscribere volentibus cogniti facti sunt. Qui vero superius habitabant, & procul a mari, multis sunt temporibus ignorati. Et hoc apparent etiam circa Europam contigisse, quando de Romanorum civitate tam longo tempore adepta potestatem, tantaque bella conficiente: neque Herodotus, neque Thucydides, nec ullus qui fuit cum istis, fecit ali-

tales, prospiciens quod Assyrii aliquanto potentiores, erant desideraturi regnum ejus invadere. Inveniens autem in praefectura Saite civitatem opportunissimam, posicam ad Orientem.

Bubastis fluminis, quæ appellabatur a quadam antiqua theologia Avaris, hanc fabricatus est, & muris maximis communivit, collocans ibi multitudinem armatorum, usq; ad ducenta quadraginta millia virorum eam custodientium. Hic autem messis tempore veniebat, tam ut frumenta meteret, & mercedes exolveret, quam ut armatos ad terrorem extranorum diligenter exercitaret. Qui cum regnasset decemnovem annis, vita privatus est. Post hunc autem regnavit alter quatuor & quadraginta annis, Bæon nomine. Post quæcumque alias Apachnas, sex & triginta annis, & mensibus septem: Deinde Apochis, unum & sexaginta, & Janias quinquaginta & mense uno. Post omnes autem Assis novem & quadraginta, & mensibus duobus. Et isti quidem sex apud eos fuere primi reges, debellantes semper, & maxime Ægypti radicem amputare cupientes. Vocabatur autem gens eorum Hycos, hoc est, reges pastores. Hyc enim secundum factam lingvam, regem significat: Sos vero pastorem sive pastores, secundum communem dialectum: & ita compositum invenitur Hycos, 'quidam vero dicunt eos Arabas esse. In aliis autem exemplaribus non reges significari compéri per appellationem Hyc, sed e diverso captivos declarari pastores. Hyc enim Ægyptiaca lingua, & hac quando densè non profertur, 'captivos aperte significat: & hoc potius verisimile mihi videtur, & historiæ antiquæ conveniens. Hos ergo quos prædictimus reges, & eos qui pastores vocabantur, & qui ex eis fuere, obtinuisse Ægyptum ait annis undecim & quingentis. Post hæc autem regum Thebaidis & Ægypti reliquæ factam dicit super pastores invasionem, & bellum maximum & diuturnum eis illatum. Sub rege vero cui nomen erat Alisfragmuthosis, victos dicit pastores, & aliam quidem universam Ægyptum perdidisse: inclusos autem in locum habentem mensuram jugerum decemmillium, cui loco nomen est Avaris. Hunc Manethon dicit omnem maximo muro atque robustissimo circundeditisse pastores, quatenus & omnem possessionem munitam haberent, simul & prædam suam. Filium vero Alisfragmuthoseos Themosin conatum eos vi expugnare, cum quadrigenitis octoginta millibus armatorum eorum muros obseditisse. Cum vero obsidium desperasset, pacta cum eis fecisse, ut Ægyptum relinquentes, quo vellent innoxii omnes abirent. Illos vero his promissionibus impetratis, cum omni domo & possessionibus non minus ducenta quadraginta millia numero, ex Ægypto per desertum in Syriam iter egisse: & metuentes Assyriorum potentiam (tunc enim illi Asiam obtinebant) in terra quæ nunc Judæa vocatur, civitatem edificasse, quæ tot millibus hominum sufficere posset, eamque Hierosolymam vocitasse. In alio vero quodam libro Ægyptiacorum Manethon hanc ipsam gentem, id est, qui vocabaruntur pastores, in sacris suorum libris captivos ascriptos rectissime dixit. Nam antiquis progenitoribus nostris pascere mos erat: & pascualem habentes vitam, vocabantur

A ita pastores. Sed & captivi non temere ab Aegyptiis dicti sunt: quoniam progenitor noster Joseph dixit ad regem Agyptiorum, se esse captivum: & fratres in Agyptum posterius evocavit, rege præcipiente. Sed de his qvidem in aliis examinationem subtilius faciemus. Nunc autem hujus antiquitatis producam testes Agyptios rursumq; quomodo se habent verba Manethonis circa ordinem temporum aperte describam: sic enim ait: Postquam egressus est ex Agypto populus pastorum Hierosolymam, expulsor eorum rex Themos regnavit post haec annis viginti quinque, & mensibus quatuor, & defunctus est. Assumpsit regnum filius Chebron annis tredecim, post quem Amenophis viginti & mensibus septem, hujus autem soror Amesses annis virginis uno, & mensibus novem, Mephres autem duodecim, & mensibus novem, Mephranuntosis viginti quinque, & mensibus decem. Thmos autem novem, & mensibus octo. Amenophis vero triginta & mensibus decem. Orus vero triginta sex, & mensibus quinque. Hujus autem filia, Acencheres, duodecim, & mense uno. Rathoris vero frater novem. Acencheres autem duodecim, mensibus quinque. Acencheres alter duodecim, & mensibus tribus. Armais vero quatuor, & mense uno. Armesis autem uno, & mensibus quatuor. Armesesmiamum vero sexaginta sex, & mensibus duobus. Amenophis novemdecim, & mensibus sex. Sethosis autem equestres & navales copias habens, fratrem quidem Armais in procuratorem Agypti constituit, & omnem ei aliam regalem potestate, tantummodo autem diadematè uti prohibuit, & ne reginam matrem liberorum oppimeret imperavit, & ut abstineret etiam ab aliis regalibus concubinis. Ipse vero ad Cyprum & Phoenicem, & rursus contra Assyrios atque Medos castrametatus, universos quidem alios ferro, alios sine bello terrore, magna virtutis sibi metu subjugavit. his vero felicitatibus elevatus confidentius incidebat, Orientales urbes ac provincias subvertendo, multo-que tempore procedente Armais, qui in Agypto fuerat derelictus, omnia contra quam frater age-re monuerat, sine timore faciebat. Nam & reginam violenter abjecit, & aliis concubinis sine parcitate jugiter miscebatur: perswasusq; ab amicis & diadematè uteretur, & fratri rebellabat. Is vero qui constitutus erat super sacra Agyptia, codicillos Sethosi misit, cuncta significans, & quia rebellaret eis suus frater Armais. Qui repente ad Pelusium destinavit, & proprium tenuit regnum. Provincia vero vocata est ex eius nomine Agyptus. Dicit enim quod Sethosis Agyptus vocabatur, Armais autem frater eius Danaus. Haec quidem Manethon. Palam vero est, ex præstantur pastores, id est, nostri progenitores: ex centos annos hanc provinciam inhabitavere quam sumum Argivi esse confidamus. Duas igitur tes-

Manethon maximas pro nobis *Egyptiis literis* protestatus est: primam quidem, quia aliunde venerunt ad *Egyptum*: deinde egressum eorum exinde, ita temporibus antiquissimum, ut pene mille annis bellum præcedat Iliacum. Ea vero quæ Manethon non ex *Egyptiis literis*, sed sicut ipse confessus est) ex fabulis quorundam sine nomine, adjecit, postea particulariter redarguam, ostendens ea sine verisimilitudine esse mendacia. Sed volo ab istis rursus migrare ad ea, quæ apud Phœnicas de nostro genere conscripta sunt, & eorum testimonio declarata. Sunt itaque apud Tyrios multorum annorum publicæ literæ, & conscriptiones diligentissime custoditæ, ex his quæ apud eos facta & invicem gesta noscuntur, quæ tamen memoria digna sunt. Inter hæc ergo conscriptum est, quia in Hierosolymis ædificatum est templum a Salomone rege, ante annos centū quadraginta tres, & menses octo, quam Tyrii Carthaginem condidere. Descripta vero est apud illos constructio templi nostri. Hiramus enim Tyrorum rex amicus erat regis nostri Salomonis, paternis amiciis ei devinctus. Is ergo munificentiam suam exhibens ad claritatem fabricæ, præbuit Salomoni auri quidem viginti & centum talenta: incidensq; pulcherrimam sylvam in monte, qui Lybanus nuncupatur, ad cameram destinavit. Quem redonavit Salomon & aliis multis rebus, & terra Galilee regionis, quæ Zabulon vocatur. Præcipue autem ei anticitiam sapientiæ concupiscentia conciliavit. Problematæ enim solvenda alterutris dirigebant, & melior in his Salomon erat, & in aliis sapientior apparebat. Hactenus vero servantur apud Tyrios epistolæ multæ, quas illi scripsere ad invicem. Quod autem non fingam de Tyrorum literis, testem producam Dium qui in Phœnicum historia integrissimus approbatus est. Is igitur in Phœniciis historiis hoc modo scribit. Abibalo moriente, filius ejus Hiramus regnavit. Hic partis Orientalis civitates ampliavit, urbem potiorem fecit: & Olympii Jovis templum, quod in insula situm erat, jactis aggeribus urbi adjunxit; & aureis anathematibus exornavit. Ascendens autem in Lybanum, sylvas incidit ad templorum ædificationem. Regem vero Hierosolymorum Salomonem misisse dicunt ad Hiramum quædam, enigmata, & poposcisse ab eo, adjecto ut qui non posset discernere, pecuniam solventi persolveret: confessumq; Hiramum, non se posse solvere propositas quæstiones, multis pecuniis multatum. Deinde Abdemonum quendam, virum Tyriū, propositas soluisse quæstiones: ipsumq; alias proposuisse, quas si non solveret Salomon, multas rursus pecunias Hiramo regi conferret. Dius igitur hoc modo de prædictis testimoniis perhibuit nobis. Sed post hunc producam Menandru quoque Ephesium. Is enim singulorum regum actus conscripti apud Græcos & Barbaros, studens ex provincialibus uniuscuiusque loci literis, historiæ veritatem pandere. Scribens enim de his,

A qui in Tyro regnavere, & deinde veniens ad Hiramum regem, sic ait: Moriente vero Abibalo, successit in ejus regno filius ejus Hiramus, qui vixit annis trigintaquatuor. Hic aggere conjunxit Erychotum, aureamque ibi columnam Jovis in templo reposuit: & ad sylvam lignorum profectus, abscidit de monte qui Libanus appellatur, ligna cedrina ad tegmina facienda templorum. Demolitusq; antiqua delubra, nova templaz edificavit: Herculisq; & Astartes fana dedicavit. Herculis primum extructo mense Peritio, deinde Astartes: quando castra movit aduersus Tiryos, minime tributa reddentes: quos etiam subdens sibimet, denuo remeavit. Sub hoc fuit Abdemonus puer juvenis, qui semper parabolaz solvbat, quas Salomon Hierosolymorum rex destinabat: Supputatus vero tempus ab hoc rege usque C ad constructionem Carthaginis, hoc modo: Moriente Hiramo successit in ejus regno Belearstactus filius, qui cum vixisset annis quadraginta tribus, septem regnavit annis. Post hunc Abdastactus filius cum vixisset annis viginti, regnavit novem. Hunc filii nutricis ejus quatuor insidiis peremere: quorum senior regnavit annos XII. Post quos Astartus filius Belealtari regnavit. Qui cum vixisset annis quadragintaquatuor, regnavit annis duodecim. Post hunc frater ejus Astarimus: & hic vixit annis quatuor & quinquaginta, regnavit annis novem, & peremptus est a fratre Phellete: qui suscipiens regnum, mensibus imperavit octo, cum vixisset annis quinquaginta. Hunc peremit Ithobalus Astarte sacerdos: qui cum vixisset annis sexaginta octo, regnavit annis triginta duobus. Huic successit Baedezo. E rus filius: qui cum vixisset annis XLV. regnavit sex. Huic successor factus est Mettinus filius: qui cum vixisset XXXII. novem regnavit annis. Huic successor fuit Pygmalion, qui annos egit in sua vita LVI. ex quibus XL. tenuit principatum. hujus regni anno septimo, soror Dido in Africa, civitatem edificavit Carthaginem. Itaq; colligit tempus a regno Hirami usq; ad edificationem Charthagini annorum CLV. & mensium VIII. Cum vero duodecimo anno hujus regni, in Hierosolymis edificatum sit templum, fit ab edificatione templi usque ad constructionem Carthaginis tempus annorum CXLIII. mensium VIII. Testimonio siquidem Phoenicum quid amplius oportet apponi. Cernitur ipsa veritas fortiter approbata: & multo clarius appetet, quoniam precedit constructionem templi progenitorum nostrorum ad provinciam hanc adventus. Cum enim eam universam bello tenuissent, tum deinceps templum edificare coepere: & haec aperte ex ligatis sacris etiam a me in Antiquitate manifestata sunt. Nunc itaq; suar dicenda ea, quae apud Chaldeos noscuntur esse conscripta, & de nobis in hi um nostris voluminibus: etiam de aliis rebus. Testis nos, notus autem eis, qui doctrinaz eruditioniq; con philosophia ipse Graecas conscriptiones edidit.

Igitur Berosus antiquissimas fecutus historias, de Aegypti, πόνια ὁ Βηρωαῖος τῆς δέχαιστης ἐποχῆς
facto diluvio, & hominum in eo corruptione, sicuti Moses, ita conscripsit: simul & de arca, in qua generis nostri princeps servatus est, de vecta scilicet ea in summitatem montium Armeniorum. Deinde scribens eos, qui ex Noë progeniti sunt, & tempus eorum adiunctionis, usque ad Nabularum pervenit, Babyloniorum & Chaldaeorum regem, & hujus actiones exponeat, narrat: quemadmodum misit in Aegyptum & ad nostram terram filium suum Nabuchodonosorem cum multa potentia: qui dum rebellantes eos invenerit, omnes suo subjecit imperio: & templum in Hierosolymis concremavit: cunctumque generis nostri populum auferens, migravit in Babylonem. Unde civitatem contigit desolari annis septuaginta usque ad Cyrus regem Persarum. Dicit autem quod tenuerit Babylonius Aegyptum, Syria, Phoeniciam, Arabiam, universos priores Chaldaeorum & Babyloniorum reges actionibus suis excellens: Ipsa vero verba, quae Berosus protulit, hoc modo dicta, necessario proferenda sunt. Audito autem pater eius Nabularum, quod satrapa constitutus in Aegypto & Syria inferiore & Phoenicia rebellaret, cum non valeret, jam ipse labores ferre, tribuens filio suo Nabuchodonosori ztate valenti partem quandam exercitus contra eum misit. Nabuchodonosor autem cum satrapa desertore congregatus, provinciam quae ab initio eorum fuerat, ad proprium revocavit imperium. Eodem vero tempore, contingit patrem eius Nabularum, cum agrotas, in Babyloniam civitate defungi, qui regnauit annis XXIX. Nabuchodonosor autem non post multum tempus mortem patris cognoscens, & negotia Aegyptiaca disponens, reliquarumque provinciarum, & captivos Iudeorum & Phoenicum atque Syrorum, qui in Aegypto fuerant, commendans quibusdam amicis, ut cum exercitu & impedimentis perducerentur ad Babyloniam, ipse cum paucis iter aggressus per desertum Babylonem venit: reperiensque cuncta a Chaldais dispensari, servatumque regnum ab optimatibus eorum, dominus factus totius paterni principatus, captivis quidem advenientibus præcepit habitacula in opportunitissimis Babyloniz locis aedificare. ipse vero ex manubiis templum Beli ac reliqua munificentissime excoluit: & veteri urbi alteram extrinsecus adjecit. Et proviso ne posthac possent hostes fluvium convertere, & ad urbem accedere, tres interiori civitati per circumitum muros, totidem exteriori, hos cocto habere, illos addito etiam bitumine, circundedit: tunc sic communitate portas quae vel templū deceant, addidit. ad hoc juxta paternam regiam, alterā sumptuosiorem multo amplioremque; extruxit: cuius ornatum exponere fortasse longū esset, illud memoratu dignū, quod h̄c adeo superba supraque; fidē magnifica, quindecim dierum spacio perfecta est.

εὐτρις βασιλείου τέττης αναλήμματος λόγια οὐφη· Α
λαίνοικοδομήσας, καὶ τὸν ὄψιν δοποδὸς ἐμοιοπέτης
τῆς ὄρεως, κατεφυγεύσας δένδρεστ πευθεδαῖς εἶχε
χαστοῦ. καὶ κατηγενεύσας τὴν καλύβην κρεμάσσεν
εἰργόντων, Δέκα δέσμως, τεθερμαμένος σὲ τὸν καὶ τὸν μηδίαν
πάντας. παύτη μὲν ἡτού^Θ ισχεῖται δὲ τὸν πευθερμένην
Βασιλέα, καὶ πλλὰ περὶ τάπτες τὸν καλδαικῶν, σὲ τὴν
μέμφεσιν εἰλλεισθεις συγκεφύσουν, ἀς μάτιαν ειρέ-^B
νεις τὸ σεμιράμιδο^Θ τῆς αστράσιας κποθεατῶν τεν
Βασιλάνα, καὶ τὰ διαμέσα τα καροκαλθεῖαν τεῖ-
αυτὸν τὸ σκέπτης ἔργον φύσιδος γεραφέσ. καὶ τοῦ
παύτη τὸν μὲν τὸν καλδαικῶν χαρφεον αἰχτόπτεν τηττ-
ον. ἐμέντην αὖτα καὶ τῆς δέχαισις τῆς Φονίκαις σύμ-
φωνα τῆς ταύτης Βηρωατῆς λογομένους ανατρέπαται, πε-
ρεῖ τὸν Βασιλανίων Βασιλέα, ὅπις καὶ τὸν συρίαν καὶ
τὸν Φονίκαιον ἀπειπει σκέπτο^Θ κατερέψατο. τοῖς
τάπτων γοῦν συμφωνεῖ Φιλέρατο^Θ σὺ τῆς ισχέως, Σ
μημητικένο^Θ τὸ τύραννον πολυρχίας. καὶ μεγαλόντος τοῦ
τοῦ τετρατηγού τὸν ιδικῶν. διὸ τὸς δοτοφεντον πήραντο τὸν
πευθερμένον Βασιλέα τὸν Βασιλανίων, προκλέεται
δρία καὶ μεζέθει περίξεων διεπιποχέντας. κατερέψα-
σθεν γὰρ αὐτὸν Φονίκη Λεύκης τοῖς πολλαῖς καὶ ισημείοις.
τοῦ τοῦ δὲ ταῦτα περιρρήματα δὲ τὸν ιεροτολυμαῖς, ὅπις
κατεπένθιτο οὐδὲ τὸν Βασιλανίων θητρατονάν-
των, ἥρξατο γέ τιλισ ανακοδομῆσθαι, κύρτην αἵσιας τὸν
Βασιλείου παρελαύφοτο^Θ, σὺ τὸν Βηρωατῆς σεφεος
πλιθεικόντημα τοῦτο δένταν. λέγε γὰρ τὸν Δέιτην
τρίτης. ναζυχοδοντορθο^Θ μὲν οὐσία μὲν τὸν ἀργαδαῖον
περιεπιμένει τούχος, εἰκοσιών τοις τέρατοισιν, μοτιδά-
ζατο τὸν Βίον, Βεβαίονδικας ἐπι τεογαραγκοντερία. τὸ
τὸν Βασιλέας καρθο^Θ οὐδεῖτο γέτε αὐτῷ εναλιμαραδου-
χο^Θ. ετούτοις τὸν πειραταν αἴσιων Σ απλ-
γεῖς, θητειαλαδηθεῖς τὸν τοιαύτην φίλον ἔχοντο^Θ
αιτινηργούλιοντορρόην αὐτορέμην, Βασιλεύουσαν τοῦ δίνα.
μὲν γέ τον αιτινηργούλιον τούτον, Διαδεκάμιδο^Θ. τοῖς δέργην
θετοπελεύσασιν αιτινηργούλιοντορρόην, Βασιλεύοντος
ἐπι τοσαντο. τάπτεις λαβεροπαρροδο^Θ σκορδί-
σε μὲν τὸν Βασιλέας πάγιον μέσον τούτου. Επιτειλα-
θεῖς γέ τὸν πολλὰ ἐμφάγον κατεπένθιτο τὸν φί-
λων απτιτυπεπάνθη. δοτοφενέτητα, σωελότο-
τος οἱ πλιθεικόντες αὐτῷ, καὶ τὸν Βασιλέαν πε-
ριεργαταν γαβοτορθῷ ποτὲ τὸν Βασιλάνο^Θ, ὅπις τὸν τοῦ
αιτινηργούλιον πλιθεικόντες. θητειαλαδηθεῖς τὸν πολέμον τούχη
τὸν Βασιλανίων πόλεων, εἶθατης επιάθην καὶ ασφάλτην
κατεπομπήθη. έπειτα τὸν Βασιλέας αὐτῷ σὺ τὸν εἴλια-
κηρεσκότες εἴτε περιεπιλαυθεῖς κύρο^Θ σὺ τὸν προ-
δο^Θ μὲν διώματον πελλήσει καὶ κατερέψαμένθο^Θ. τοῦ
λαπτεον αἵσιαν πόσσον, ὠρητον διπλῆς τὸν Βασιλανίων.
αρθρόμιδο^Θ καὶ ταῦτανηθο^Θ. τοὺς ὄφεδον αὐτῷ, αἰτε-
τητοισι μὲν τῆς διωμάτος καὶ τοῦ πλιθεικάμιδο^Θ, ηθη-
θεῖς τῇ μαχῃ καὶ Φυγανὸν ἀληργον, σωτηλαπθη τὸν
Βεροπτατον πολι. κύρο^Θ γέ τὸν Βασιλοῦντα καλέλη-
σο μιδο^Θ, καὶ σωτηλεῖς τὸ εἰσωτῆς πόλεων τούχη κατε-
σκάψαν. Δέκα πολιαι αὐτῷ πειρατηκον καὶ διπλά-
λουτον Φαυλεατην πόλιν, αἵτε διέζεντο πλιθερποτον,
σωπολιορκήσαν τὸν ταῦτανηδον. τὸν ταῦτανηδον τοῦ
μονιμοτος τῶν πολιορκίασ, αλλὰ δημιουργος αὐτῷ πε-
τερον, ζητοῖ μιδο^Θ κύρο^Θ Φιλαιθράπον, καὶ δέος αἰτη-
τήσον αὐτῷ καρμανίου, εἴπει μέψεν σὺ τὸν Βασιλανίων
αεταῦτανηδο^Θ μὲν εἰς τὸ λοιπὸν δὲ τούτους διαρθρώσαμένθο.

In ea lapidea moles excelsas excitavit, aspectu montibus assimiles, omniq; genere arborum confitas. Hortum quoque pensilem fecit, fama nobilem: eo quod uxor ejus montanum asperatum desideraret, in Medorum regione educata. Hzc itaque retulit de praedicto rege, & multa super hoc in libro Chaldaicorum: in quo culpar conscriptos Græcos, quasi vane arbitratos, a Semiramide Assyria Babylonem edificatam, & mira opera ab illa circa eam fuisse constructa, false conscripsisse dioens. Ipsam certe Chaldaeorum conscriptionem fide dignam existimandum est, quando cum archivis Phœnicum concordare videntur, quæ ex Beroſo conscripta sunt de regno Babyloniorum: quoniam & Syriam & universam Phœnicien ille subvertit. In his sane consobrinus & Philostratus in historiis, dum Tyriæ meminit oblationis: & Megasthenes in quarto Indicorum: ubi declarare contendit, praedictum regem Babyloniorum Herculem fortitudine & rerum gentium magnitudine præcessisse. Dicit enim eum & maximam Africæ partem, & Hispaniam subjugasse. Quæ vero de templo Hierosolymotum relatæ sunt, & concrematum esse a Babylonioriis, & coepit turfus edificari Cyro tenente Aſiz principatum, ex dictis Beroſi declaramus. Sic enim in tertio libro dicit. Nabuchodonosor itaque posteaq; vaſincho avit praedictum murum, incidens in langorem, de vita migravit, cum regnasset annis tribus & quadraginta. Hujus regni Dominus effectus filius ejus Evelmaradochus, propter iniurias & tibidines passus insidias a marito fororis suz Nirigliforo ore peremptus est, cum duabus regnasset annis. Quo defuncto, sumens regnum qui ei fecit insidias Nirigliforo or, annis regnavit quatuor. Hujus filius Laborosardochus, principatum quidem tenuit pater existens mensibus novem: insidias vero paffas, eo quod nimis appareret malorum esse morum, ab amicis extinctus est. Hoc itaque perempto, convenientes hi qui fecerant insidias, communis suffragio regnum tradidere Nalonido cuidam, qui erat ex Babylone ex eadem gente. Sub hoc muri circa fluvium Babyloniam civitatis ex latere costato & bitumine sunt constructi. Cuius regni anno septimo decimo egressus Cyrus ex Perside cum magno exercitu, universa Asia subacta, impetum fecit in Babyloniam urbem. Sentiens autem Nalonidus invasionem ejus, & occurrentem cum exercitu suo, atque congressus pugna, vicit & cum paucis fugatis inclusus est in Borsippensium civitate. Cyrus autem Babyloniam obsidens, & deliberans exteriores muros deponere civitatis, eo quod nimis videretur munita, & esset ad capiendum valde difficilis, reversus est ad Borsippum, Nalonidum expugnaturo. Nalonido vero oppugnationem non expectante, sed prius supplicante, usus clementia Cyrus, & dans ei habitaculum in Carmania, expulit eum a Babylone, Nalonidus itaq; reliquum vitæ tempus

in illa provincia conversatus est. Hec concordant cum nostris. Scriptum namque in eis est: quod Nabuchodonosor octavodecimo regni sui anno, templum nostrum ad desolationem usque perduxit, & fuit exterminatus a suis septem. Secundo vero anno regni Cyrus fundamentis depositis, rursus secundo regni Darii anno perfectum est. His prolatis, adjiciam etiam Phoenicium historias: non enim probationum abundantia relinquenda est: est enim dinumeratio in illis annorum: sic enim habent: Sub rege Nabobalo Nabuchodonosor obsecrit Tyrum annis tribus & decem. Post hunc regnavit Baal anno decem. Post hunc judices constituti sunt, & judicavere in Ezebibalus Basilechi mensibus duobus: Chelabis Abdai: mensibus decem. Abetus pontifex mensibus tribus: Myribius & Gerafius Abdibimi: judices annis sex, inter quos regnavit Balatorus anno uno: quo moriente, iurantes evocavere Merbahum ex Babylone, & quatuor regnauit annis. Eo quoq; moriente, evocavere fratrem eius. Iromum qui regnauit annis XX. Sub hoc Cyrus Persarum habuit imperium. Quapropter omne tempus est annorum quinquaginta quatuor, & mensum trium. Septimum siquidem anno regni sui Nabuchodonosor ecceps obsecrare Tyrum. Quartodecimo autem anno regis Iromi, Cyrus Persarum tenuit principatum. Consonant igitur quae de templo scripta sunt, a Chaldeis ac Tyriniis, cum literis nostris. Manifestum vero & sine contentione testimonium est: de praedicta generis nostri antiquitate. Et his quidem qui non valde contendunt: sufficere judicio quae praemissa sunt. Oportet autem non credentibus Barbaris conscriptionibus, sed solis Gracis fidem habendam esse dicentibus, adhuc iuratos exhibentes, etiam Gracos, scientes nostrum genus, & opportuno tempore ejus habentes mentionem. Pythagoras igitur Samius, cum se antiquus quidem etate, sapientia vero & divina pietate philosophos omnes excellens, non solum quae nostra sunt agnosce manutenus est, sed etiam emulatus ea ex multis appareat. Sic etiam quidem prescriptio nulla reperitur. Multi tamen de eo resultere: quorum insignior est Herophilus, ut circa omnem historiam diligentissimus indagator. Rerum itaque in primo de Pythagora libro, quod Pythagoras una familiarium suorum defuncto, nomine Calliphonte, genere Cappadociate, illius animam, dicebat secum degere die nocte; & quod precepiteret, ut non transiret locum, ubi a sinu lapsus esset, & ab aqua foreculenta semetipsum abstineret, & ab omni blasphemia recederet. Deinde sequitur. Hec autem agebat atq; dicebat Judaeorum & Thracum opiniones imitatus, ac transversens in semetipsum. Dicitur enim vere, quod ille vir multas Judaeorum leges in suam transmisit philosophiam. Fuit tamen etiam per civitates non ignota oligi gens nostra: & multi iam mores ad quasdam transferunt, & emulationse digni a nonnullis habebantur. Quod manifestat Theophractus in his que scripsit de legibus. At enim, quia prohibent Tyrorum leges & peregrino sacramento jurare. Inter que sacramenta

μετά πηνιών ἐπὶ καλέσθησαν ὅρκον καρβάν κατε-
εθισί. παρ' ἀδενὶ δὲ ἀντιτρούσαις οὐρανοῖς μόνοις
ἰσδιώσουσι. δηλοὶ δὲ αἱ ἔπιν τις ἐπὶ τῷ ἑρεμ-
μέλαιοῦδιπτῷ Διψαλέκτῃ, δῶρον ἔχει. Εἰ μὲν γένεται
δοτός τοι ὁ ἀλεξανδραστεὺς ἥγρος ἡράν τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ
τρόπω ποιοῦσαν νεανεταῖς μεμυηθεῖσις. τοῖς δὲ καλέσθησαν
ἰσορῶντες τὴν διπτήν Βιβλοῦ Φησίν Στατ. μάνιον τοῦ πατέ-
των Φησίν καλέχοι, καὶ αἴγυπτοις, καὶ αἴθιοπες τοῦτο μνοῖς;
αὐτὸς αἴρχεται τοῦ αἰδοῖα. Φαινίκες δὲ οὐ σέρειοι εἰσὶ τῆς πα-
λαιστικῆς. Εἰποτε διμολογεῖσθαι παρ' αἴργυπτίων μεμαζηκέ-
ναν. συρχοῦσι δὲ τοῖς θερμασθεῖσι καὶ παρθένοις παταμον.,
Εἰ μάκρωνεσσι τάχιστον αἰνυγένετοντες ὄντες, διπτὸν καλέσθησαν
Φαινίκες μεμαζηκέναν. Θρησκευτοὶ τοῦτοι αἴργυπτοισιτος Φαινοντος πα-
θητες καὶ ταῦτα. αὐτοῖς δὲ αἴγυπτοις καὶ αἴθιοποι τοῦτο
ἔχουσι πάτεραν; ἀπότεροι τοῦτο τὸ έπιρρων εἶχεμασθον. ἐκεῖνοι εἴρη-
κε σύρεται τὸ τῆς παλαιστικῆς τοῦτο μνεῖσθαι. τοῦτο τὸ πατα-
μον κατοικάντων μόνοις θρησκευτοὶ αὐτῶν. καὶ χοιρὶ λαγῳδίᾳ δέχασθαι τε-
ρετοῦ θυμοῦδιπτῷ ποιητῆς μεμυητος τοῦ θεοῦ ήμῶν. επιστε-
νεράτοις. Κέρερη τοῦ πατροῦ Βασιλέα Μητροῦ εἰλάδα κα-
τοπθυμησαμένοις δὲ πάντα τοῦ θεοῦ, τελεσταῖσι καὶ τοῦ-
ρρετερον συέπεισε λέγουσιν.

A cum quibusdam aliis etiam jusjurandum, quod Corbam appellatur, enumerat: apud nullos autem hoc invenitur iuramentum, nisi apud Judæos solos: quod interpretatur ex Hebraica lingua, donum Dei. Verum neque Herodotus Halicarnassicus nostram ignoravit gentem, sed quodammodo ejus metinisse cognoscitur. De Colchis enim referens, in secundo libro sic dicit: Soli autem inter omnes Colchi, & Ægyptiorum, & Æthiopum, verenda ab initio circumcidunt. Phœnices vero, & Syri in Palæstina confitentur hoc ab Ægyptiis didicisse. Syri autem qui circa Thero-donem & Parthenium fluvium commorantur, & his vicini Macrones, a Colchis dicuntur nuper didicisse. Hi namque sunt inter homines soli, qui circumciduntur: & isti sicut Ægyptii facere dicuntur. De Ægyptiis autem & Æthiopibus dicere non possum, utri ab alteris didicerent. Dixit ergo Syros, qui in Palæstina sunt, circumcidunt. Omnium autem qui habitant Palæstinam, soli Judæi circumciduntur. Hoc igitur sciens, de ipsis dixit. Quin & Chœrilus, antiquus poëta, meminit de gente nostra, dicens quod militaverunt nostri majores cum Xerxe Persarum rege contra Græcos: & enumerans universas gentes, novissimam nostram posuit, ita dicens:

Huius miranda specie gens cæstra secuta,
Phœnissæ ignota lingua mittebat ab ore.
Sedes huic Solymi montes, stagnum prope vasum.
Tunc caput circum, squalens i vertice equini
Exuvia capitis durat us igne geregat.
Padam ergo est, sicut arbitror, quia nostri memi-
nerit, eo quod & Solymi montes in nostra regio-
ne sunt constituti, in quibus habitamus, & sta-
gnum, quod dicitur Asphaltites. hoc enim inter
omnes stagnum in Syria latius ac majus est. Et
Chicerilus quidem ita nostri meminit. Quod au-
tem non solum sciebant Judæos, sed etiam in-
quotquot incidenter admirabantur, non e vulgo
Græci, sed ob sapientiam celebres, ostendere fa-
cile est. Clearchus enim Aristotelis discipulus,
& Peripateticorum nulli secundus, in primo li-
bro de somno, dicit Aristotelem doctorem suum
de quodam viro Judæo ita referre: & ipsi Aristoteli
eundem sermonem ascribit, quod ita conscri-
ptum est. Sed alia quidem longum est dicere.
Quæ vero habere potuerant illius admirationem
quandam atque philosophiam, ea duco oper-
precium referre. Et Hyperochides vehemen-
ter, inquit, audire desideramus universi. Igitur
secundum præcepta, Aristoteles inquit, rhetori-
ea, ejus genus primo indicabimus, ne relucere-
mur doctoribus præceptorum. Dic, inquit Hype-
rochides, ita si placet, tum ille, genere igitur Ju-
dæus erat, e Coœlœsyria: qui sunt ex propagine
Philosophorum Indorum, vocanturq; (ut ajunt)
philosophi, apud Indos Calani, apud Syros autem
Judæi nomine accipientes a loco, locus n. ubi habi-
tant, appellatur Judæa, nomine vero eorū civitatis
αὐτὸν οὐδὲ τοσούτην βιβλίον πεισθεῖσαν μαι εἰς φρόσεις, πεῖται τὸ δέχαμον Θ. τὸ μὲν επιστόλα, τοῖς φωνίκαις καὶ χαλδαϊκῶν αὐγήστιαν γράμματα πεισθεῖσαν αὐτὸν εἰς φρόσεις, τὸν τὸ αὐτόρρητον επιστολίκες πεισθεῖσαν μακρινὰ ἐχαρίζοντα καὶ πικρὰς ἀπόρρητος αρχομένην ποτίσαις τὸ γραφότων τὸ καθ' ημῶν ὕργχον. Β καὶ τὸ πεῖται τὸ απιστατὸν γράμματικὸν αὐτοῦ ποτίσαις επηλθεῖ μοι Διοστρέν, οὐ χρηστοδάστη, τὸ μὴ μὴ εἶται τὸ αὐτὸν γραμμάτιον τοῖς τοῦ ἄλλον εὑρημένοις ὄμοια, τοῦ λίαν ψυχεῖσθαι πεισθεῖσαν. τὸ τελεῖται βαμολογίου ἔχει, καὶ πολλὰν εἴδη τολμήσαις ποτίσαις, εἰς τὸ αὐτοῦ ποτίσαις, οὐ τοῦ αὐτοῦ ποτίσαις πεισθεῖσαν. Καὶ τὸν πάντα τὸ βίον ὀχλαζογεῖ γραπτό. εἰτε δὲ οἱ πολλοὶ τὸν αὐθεντικὸν Διὸν τὸ αὐτοῦ ποτίσαις τὸν αὐτοῦ τοῦτο τοιούτον αλίσκον) λόγων μᾶλλον, η τὸ μετό ποτίσαις γράμματα, οὐ χαράξοι μὴ τὸ λοιδοσίαν αὐτῶν) τοῦτο επιστολαῖς, αναβοκάν την ποτίσαις τούτη, μη τὸ τοιούτοις καὶ αλπτῆν, κατηγορούσαι τημῶν αὐτοκριτικῶν τοῦτον ποτίσαις. Χαὶ αὐτὸν τοῦ πολλοῖς αὐτοῖς ποτίσαις ὅρῳ τοῦτον ποτίσαις, τοῦ λίαν εφέδει, τοῦτο τὸ αὐτοῦ ποτίσαις πεισθεῖσαν. Θλασφημεῖ πέρον, αὐτὸς ἐλέγυχος) πεῖται τὸ ποτίσαις τονταν κακῶν. εἰτε μὴ εἴ τοι διελθεῖται λόγον, μὴ τὸ ποτίσαις γράμματα τὸ λεγένδον βέλει). Σχεδὸν δὲ τὸ ποτίσαις ποτίσαις καὶ ποτίσαις ποτίσαις τοῦχνος, τὸ μὴ μὴ ὄμοιαν μᾶλλον ποτίσαις ποτίσαις ποτίσαις ποτίσαις, πεῖται τὸ αὐγήστιον ποτίσαις μεταναστοτε. ποτίσαις δὲ εἴτε κατηγορεῖται αὐτὸν κατηγορεῖται, δημιουρούσαι ποτίσαις ποτίσαις τοῦτο μετακίνητον). πεῖται τὸ αἰσιότερον τὸ καὶ ποτίσαις τὸ μὲν εἴτε αὐτὸν κατηγορεῖται. δημιουρούσαι ποτίσαις ποτίσαις τοῦτο μετακίνητον). ποτίσαις ησαν τημῶν οἱ πατέρες, εἴτε Διὸς λύματα συμπέτησαν, η τημῶν αλλας συμφέρεις ποτίσαις εἰς τηλαζούσαν, οὐ μόνον μετεγένετο, αἰλλα καὶ πέρι ποτίσαις ποτίσαις

A superioris a me declaratum existimo: ceterum
qua^r his adjungit Apion, compendio memorabo.
Dicit enim in tertio rerum *Ægyptiacarum* hæc:
Moses, ut accepi a grandioribus natu *Ægyptiis*,
Heliopolitanus erat, qui patriis institutis mori-
bus, subdivales precatioⁿes ad septa qualia civi-
tas habebat, reduxit, ad subsolanum autem o-
mnia convertebat. ita enim Heliopolis sita est,
pro obeliscis vero statuit columnas, sub quibus
œu peluis forma exprimebatur: umbra in eam
incidentis, utpote per sudum, eundem semper,
cum sole cursum circumvoluebat. Atque hu-
juscemodi est admiranda illa hujus grammatici
phrasis. Mendacium vero ejus non tam nostris
verbis evidenter coarguitur, quam Moseos ope-
ribus. neque enim cum primum tabernaculum
Deo construeret, aut ipse ullam talem formam ei
indidit, aut posteros facere præcepit: atq; is qui
postea templum Hierosolymis construxit Solo-
mon, omni tali curiositate abstinuit, qualem con-
finxit Apion. Accepisse autem se dicit a majori-
bus natu Mosen Heliopolitanum: scilicet ipse ju-
nior, sed his fidem habens, qui per statem illum
familiariter noverant. Et de Homero quidem
poëta, quamvis grammaticus, non posset quænā
eius sit patria certo affirmare, neque de Pythagora
ratantum non heri nudiusve tertius nuto: de
Mose vero tam multis annis illos præcedente,
tam facile decerat, credens seniorum relationi:
unde manifeste illum mentiri apparet. Quin &
temporum ratio, quibus Mose ait eduxisse lepro-
fos & cæcos & claudos, belle concinit juxta gram-
maticum hunc diligentissimum. Manetho enim
regnante Tethmosi Judæos dicit ex *Ægypto* dis-
cessisse, anno CCCXCIII, antequam Danaus a-
pud Argos exularet. Lysimachus autem tempo-
re Bocchoris regis, hoc est ante annos MDCC.
Molon vero & alii quidam, ut cuique visum est.
At vero Apion ceteris fide dignior, exacte illum
exitum definitivit VII. Olympiade, & hujus anno
primo quo, ut ait, Pœni Carthaginem condire-
runt. Carthaginis autem mentionem adieci-
F ratus argumentum id veritatis se habiturum e-
videntissimum: nec animadvertis a semetipso
adductum quo coargueretur. si enim de hac
colonia monumentis Phoenicum credendum est, in
illis Hiram rex traditur antiquior Carthagine,
condita annis plus quam centum quinquaginta,
de quo superius ex Phoenicum commentariis
probavi, quod Solomoni templi Hierosolymita-
ni conditori amicus fuerit, & multa ad templi fa-
briac contulerit. Solomon vero ædificavit
templum post Iudeorum recessum ex *Ægypto*
anno DCXII. Porro numerum pulsorum eun-
dem, quem Lysimachus commentatus ait enim C.
& X. eorum fuisse millia, miram quandam & cre-
dibilem reddit causam, cur sabbatum nominatus
sit. Exacto enim (inquit) sex dierum itinere, in-
na die quieverunt, incolumes constituti in regio-
ne diem sabbatum, servata *Ægyptiorum* voce.

nam ingvinis morbum Ægyptii vocant sabba-
tosim. An non igitur vel deridenda hæc nuga-
citas, vel contra odio habenda talis in scribendo
impudentia? Apparet enim quod omnes ingui-
nibus laboraverint, hominum millia centum &
decem. Atqui si erant cæci & claudi & morbidi,
quales fuisse Apion ait, ne unius quidem diei iter
progredi potuissent: sin autem poterant per ma-
gnara solitudinem proficisci, prætereaq; sibi obsi-
stentes vincere populariter repugnando, nequa-
quam universi post sextam diem inguinum mör-
bo correpti fuissent. Neque enim naturaliter,
tale quipiam evenire iter agentibus necesse est,
sed plurimorum milium exercitus definita sem-
per itinera peragunt: neq; temere ita accidisse,
verisimile videtur, est enim omnino absurdum.
At vero mirificus hic Apion sex quidem diebus
eos pervenisse in Judæam prædixit: rursus autem
Mosen consenso monte, qui Ægyptum inter &
Arabiam situs est, nomine Sinæus, quadraginta
diebus delituisse dicit, indeq; descendenter Ju-
dæis leges dedisse. atqui quomodo possibile est,
eodem & quadraginta dies in deserto ac inaquo-
so loco manere, & quod in medio spatiū est, id
totum sex diebus pertransire? Sabbati vero ap-
pellationis grammatica ratio, quam adfert, mul-
tam impudentiam præ se fert, vel certe magnam
imperitiam. Nam hæc voces Sabbo & Sabbatum,
inter se maxime differunt. Sabbatum enim se-
cundum Judæos quies est ab omni opere. Sabbo
vero, ut ille affirmat, Ægyptiis inguinum mörbū
significat. Tales quasdam de Mose & Judæorum
ex Ægypto profectione Ægyptius Apion novi-
tates hinxit, præter aliorum commentus autori-
tatem. Et quid mirum si de nostris mentitur pa-
tribus? quandoquidem de se ipso cœtra menti-
tus est: & natus in Oasi Ægypti, primas iste Ægyptiorum
existimatus, veram quidem patriam &
genus suum abjuravit: Alexandrinum autem se
mentitus, confirmat generis sui pravitatem. Me-
rito igitur quos odit & convitiis infectatur, eos
Ægyptios appellat. nisi enim pessimos esse existi-
maret Ægyptios, semet ex eorum genere haud
eximeret: quandoquidem qui se celebritate pa-
tria jactant, honorificum quidem ducunt ab ea,
denominari, coarguunt vero eos, qui præter jus
in eandem sese ingerere conantur. Erga nos au-
tem alterutro modo affecti sunt Ægyptii: aut e-
nim ceu gloriabundi cognatos se simulant, aut
participes nos infamiz fuz cooptant. At præcla-
rus iste Apion videtur contumeliosam nostrum
infectionem, quasi mercedem voluisse reddere.
Alexandrinis, pro data sibi civitate: sciensq; eo-
rum cum habitatoribus Alexandriae Judæis si-
multatem, proposuit quidem illis conviciū facere
una tamen comprehendit reliquos quoque uni-
versos, utrobiq; impudenter mentiens. Videamus
igitur, quænam sint illa gravia & non ferenda, de
quibus habitatores Alexandriae Judæos accusat.
tuosum mare, undarum vicini assultibus. Ergo si
tamen, quam patriam dicit, Alexandria conviciat

Venientes, inquit, e Syria, sedes fixerunt ad impor-
locus opprobrium habet, non quidem patris suz sed
tur. Illius enim & mai ritima ora pars est, ut omnes

όμολογον εἰς κατάκηρον τὸ κάλλιστον. ἵδε δέ οὐ μὲν βιασταῖμαι κατέχον, οὐδὲ μηδίνερον σύπτεσθν, αὐδρίας τεκμηριωνέστι αὐτοῖς. εἰς κατάκηρον δὲ αὐτοῖς εἴδως τόπον αἰλέξανδρον, καὶ τοὺς θεῶν τοὺς μακεδόνας πυῆς ἐπέτυχον. σόκοιδας τὸν αὐτὸν εἰλεγμόντων, εἰ τοῦτο τῇ νεκροτόλει κατωκεν, καὶ μὴ εἰσὶ τοῖς Βασιλεύοις ησσοὶ ιδρυμένοι, καὶ μεζέρινων αἰτῶν ὁ Φυλήτων ἀερογράφος εἶχον μακεδόνας. εἰ μὲν οὖν αναγνωτὸς τοὺς Ἀπειστὰς αἰλέξανδρον τὸν Βασιλέων, εἰ τὰς πολεμούσας λάγη, καὶ τὸ μετ' ἀκτῶν τοῖς Αγρύπτιοις Βασιλέων σύτυχον τοὺς χαριματαὶς, καὶ τοὺς εὐλεπτοὺς τοὺς εἰσῶστος εἰς αἰλέξανδρεῖα, καὶ τὰ δικαιωματαὶς τετέρας, ἀκτησαρδίμενος τοὺς εἰδόματας εἴδωκεν. εἰ μὲν οὖν ταῦτα Φημίζουσακαν, πανταπαταχαί φημι εἰσληπτος, πονηρὸς τοῦ. εἰ δὲ οὐ μηδὲν ηπιστοτεταντα, αποιεῖσθαι τοῦ. τοῦ δὲ θαυματεῖσα πάσι ιεραῖς εἰδοῖς, οἱ οἵτε αἰλέξανδρος ἀκληθῆσθαι, τὸ δομοῖς αποιεῖσθαις. πάντες γὰρ οἱ εἰς διοικίαν πνά καθηληθεῖτες, καὶ τὰλαιρούντας αἰλέξανδρον τοῖς γέρεσι Λευκόρεαν, δοτὸν τῶν εἰσισῶν τοὺς τερπηγορεῖσαν λαμβάνοντες, καὶ πάσι τοῖς αἴλλων λέγαν. αὐτοῖς γὰρ ημῶν οἱ τοὺς αἰτούχους κατηκούστες, αἰτούχεις ὄνομαζον). τοὺς γὰρ κατετίναν αὐτοῖς εἴδωκεν ὁ κτίστης σελδού. Ερμίωνος οἰσταί έφεσοι καὶ τοῦτων ἀλλοιοινίαν, τοῖς αἰτούμενοισι τοῦτοις διμονυμίαι, τὸ πορφυρόντων αὐτοῖς τὸ Λευκόρεαν. οὐδὲν γάρ φαντασία πολιτεῖσα πάσιν μικρὸς δέντος αἴτοις τερπηγορεῖσας μελεδεδώκαστι, & μόνον ἀνδράσιν, ἀλλὰ καὶ μεγαλοῖς εἴθεσιν ὄλας. Εὑρετες γένειοι πάλαι, καὶ τυρρέουσι καὶ αἰθίνοις, φανέρων καλοῦσι. εἰ δὲ τοῦ αἴτοις τοῦτον τὸν Βασιλεύτα τῆς αἰγυπτίας, τοῖς αὐτοῖς αἰλέξανδρεύς εἴη, τὸ δέ σοι πολιτεῖσας οὐτοῖς εἰσθεῖσιν. οὐδὲν γάρ ηγίανοις αἴκυνθοι πιᾶν φανέρων τῆς οἰκουμένης, μεγαλαμβάνειν τηνικοῦτον πολιτεῖσας αἴτοις καστροῦσιν. οὐδὲν δέ τοις ηγίανοις αἴκυνθοις τοῖς ηγίανοις εἴδωκεν. επιμαρτύριον τὸ έντονον, αὐτοῖς ηγίανοις εκατοῦ. τοῦτο ημῶν, τοῦ Λευκού τοῦ Κατικείου καὶ ποτίν, λινὸν αὐτῷ παρέρχοντο ιεράδαι, τοῖς σαμαριταῖς χωρεῖσαν τερπηγορεῖσαν εχεῖν αὐτοῖς αἴτοις Φορολόγητον. οὐτοις δέ τοις αἰλέξανδροις καὶ πλειεράροις ὁ λαγύς τοῦ τοῦ τοῦ αἴτοις τοῦτον αὐτοῖς εὐεχέστερος Φρύγειαν, πιστὸς ἀμάκηγνας Φυλάδρον ιερολαριστῶν. Εἰ καὶ εἰσιστῶς αἴτοις τοῦτον αἴτοις οὐδὲν οὐδὲν τοῦ τοῦ λιβύης πόλεων, εἰς αὐτοῖς μέρος οὐδαίνων ἐπιμένει κατηκούσσον. οὐδὲν δέ τοις αἰτοῖς αἴτοις ηγίανοις οὐδὲν τοῦτον αἴτοις αἴτοις επικαλλέσθαι.

A confirmant ad inhabitandum optima: quam si Judæi per vim occupaverunt, ita ut ne post quidem ejicerentur, fortitudinis eorum argumentum est. Verum Alexander eis locum ad incolendum dedit, & parem cum ipsis a Macedonibus honorem consecuti sunt. Nescio autem quid dicturus fuerit Apion, si circa Necropolim habitassent, ac non circa regiam sedes posuissent, & hodieq; eorum tribus appellaretur Macedones. Igitur si legit epistolas Alexandri regis, Ptolemæiq; Lagi ac successorum illius Ægypti regum, & columnā stantein Alexandriae ac jura continentem quæ Cæsar magnus Judæis concessit: hæc, inquam, si sciens, contraria scribere ausus est, malus erat: sin autem nihil horum novit, indoctus. Illud quoque quod se mirari dicit, quod cum Judæi essent, Alexandrini vocati sunt, similis inscientia est. Omnes etenim qui ad celoniā aliquam devocantur, et si plurimum ab alterutris genere differant, a conditoribus appellationem accipiunt. Et quid opus est de aliis dicere? nostrorum enim iporum hi, qui Antiochiam inhabitant, Antiocheni nominantur. Jus enim civium eis dedit conditor Seleucus. Similiter & qui in Epheso commorantur, & alia Jonia cum civibus exinde natis eandem appellationem habent, hæc præbentibus eis regni successoribus. Romanorum vero clementia, cunctis non parvulum donum, appellationis sua concessit, non solum viris singularis, sed etiam maximis gentibus in communione Hispani denique antiqui, & Tyrrheni, & Sabini, Romani vocantur. Si vero hunc modum aufer communis civitatis Apion, desinet semetipsum, Alexandrinum dicere. Natus enim in intima Ægypto, quomodo erit Alexandrinus, iure civitatis, sicut ipse in nobis dicit, ablato? cum solis Ægyptiis nunc orbis domini Romani, participari cuiuslibet civitatis interdixisse videantur. Hic autem præclarus dignates, quas ipse impetrare prohibetur adipisci non valens, calumniari contatur eos, qui hæc justissime percepere. Non enim propter inopiam habitatorum civitatis, quam studiose edificabat Alexander, nostrorum aliquos ibi collegit: sed omnes approbans diligenter ex virtute, ac fide dignos inveniens, hoc præconium nostris exhibuit, cum gentem nostram studeret non mediocriter honorare. Ait enim Hecatæus, quia propter mansuetudinem atque fidem, quam ei præbueret Judæi, Samariam regionem adiicit, ut eam sine tributis haberent. Similiter quoque sensit post Alexandrum etiam Ptolemaeus Lagi de Judæis in Alexandria commorantibus. Nam Ægyptiaca eis castra comisit, arbitratus fide simul eorum & fortitudine conservanda: & in Cyrene credens se tutissime regnaturum, & in aliis Libyæ civitatibus, ad ea loca partem Judæorum habitandi causa direxit. Post hunc autem Ptolemaeus qui Philadelphus est appellatus, non solum si qui fuere captivi apud eos nostrorum, omnes absolvit, sed & pecunias eis sibi condonavit: & (quod maximum est) desideravit agnoscerre nostras leges, & sacrarum scripturarum volumina concipiavit: misitque rogans destinari vires,

CONTRA APIONEM

qui ei interpretarentur legem: & ut hæc appri-
me conscriberentur, diligentiam hanc commisit
non quibuscumque viris, sed Demetrium Phale-
reum, & Andream, & Aristem, quorum erudi-
tione sui seculi Demetrius facile princeps erat,
alii vero habebant custodiam corporis sibi credi-
tam, huic curæ præfecit. Non enim leges, & pa-
trum nostrorum philosophiam discere concipi-
siceret, si his utentes despiceret & non potius val-
de miraretur. Apion autem pene omnes in or-
dine successores ejus Macedonum reges ignorav-
it habuisse erga nos præcipuum familiaritatis
affectionem. Tertius namq; Ptolemaeus, qui voca-
tur Evergetes, fortiter obtinens Syriam univer-
sam, non diis Ægyptiacis pro victoria solenni-
tates gratificas immolavit: sed veniens ad Hiero-
solymam, multas hostias sicut nostri moris est,
Deo gratificavit, dignissimaq; dicavit ornamen-
ta victoriæ. Philometor autem Ptolemaeus, & e-
jus uxor Cleopatra, omne regnum commisere,
Judæis, & duces totius suæ militæ Onias & Do-
sitheus Judæi: quorum nominibus derogat Apio-
n, cum debuisset opera eorum potius mirari, &
gratias agere, quoniam liberavere Alexandriam,
cuius civis videri vult. Nam dum rebellio sur-
rexisset in Cleopatra regno, & periculum pessi-
mae perditionis instaret, istorum labore civitas
intestinis prælii est erepta. Sed postea, inquit,
Onias ad urbem deduxit exercitum parvum, cū
esset illic Thermus præsens Romanorum legat⁹:
quod (ut ita dicam) recte atq; juste factum est.
Ptolemaeus enim, qui cognominatus est Physcon,
moriens suo patre Ptolemaeo Philometore, egressus
est de Cyrene, volens reginam Cleopatram
expellere.

[Et filios regis, ut ipse regnum injuste sibi met applicaret: propter hæc ergo Onias adversus eum, bellum pro Cleopatra suscepit: & fidena quam habuit circa reges, nequaquam in necessitate deseruit. Testis autem Deus justitiae ejus manifestus apparuit. Nam Physcon Ptolemaeus cum adversum exer-
citum quidem Onias pugnare præsumeret, omnes vero Judæos in civitate positos cum filiis & uxoris capiens, nudos atq; vindictos elephantis subjecisset, ut ab eis conculcati deficerent, & ad hoc etiam bestias ipsas inebriasset, in contrarium quæ præparaverat, evenire. Elephanti enim relinquentes sibi appositos Judæos, impetu facto super amicos ejus, multos ex ipsis interemere. Et post hæc Ptolemaeus quidem aspe-
ctum terribilem contemplatus est, prohibentem se ut illis noceret hominibus. Concubina vero sua ca-
rissima, quam alii quidem Ithacam, alii vero Hirenem denominant: supplicante ne tantam impietatem, perageret, & concessit, & ex his quæ egerat vel acturus erat, poenitentiam egit. Unde recte hanc diem Judæi Alexandriae constituti, eo quod aperte a Deo salutem promeruere, celebrare noscuntur. Apion autem omnium calumniator, etiam propter bellum adversus Physconem gestum, Judæos accusare præsumpsit, cum eos laudare debuerit. Is autem etiam ultimæ Cleopatrae reginæ Alexandrinorum memini-
nit, veluti nobis improperans, quoniam circa nos fuit ingrata: & non patius illam redarguere studuit, cui nihil omnino in justitiae & malorum operum defuit: vel circa generis necessarios, vel circa maritos suos, qui etiam dilexerint eam, vel in communi contra Romanos omnes, & benefactores suos imperatores, quæ etiam sororem Arsinoen occidit in templo, nihil sibi nocentem. Permit autem & fratrem insidiis: paternosq; deos, & sepulchra progenitorum depopulata est. Percipiensq; regnum a primo Cæ-
sare, ejus filio & successori, rebellare præsumpsit. Antoniumq; corrumptus amatoriis rebus & patriz inimicum fecit, & infidelem circa suos amicos instituit, alios quidem genere regali spoliants, alios autem demens ad mala gerenda compellens. Sed quid oportet amplius dici, cùm illum ipsum in navaliter
ceramine relinqvens, id est maritum & parentem communium filiorum, tradere cum exercitu principatum, & se seqvi coegit? Novissime vero Alexandria a Cæsare capta, ad hoc usque perducta est, ut
saltem hinc sperare se judicaret, si posset ipsa manu sua Judæos perimere: eo quod circa omnes crudeli-
s & infideles extaret. Putasne gloriandum nobis non esse, si qvemadmodum dicit Apion, famis tem-
pore Judæis triticum non est mensa? Sed illa qvidem poenam subiit competentem. Nos autem maximo Cæsare utimur teste auxiliis, atque fidei quam circa eum contra Ægyptios gessimus: necnon & senatu-
ejusque consultis, & epistolis Cæsaris Augusti, quibus nostra merita comprobantur. Has literas Apionem oportebat inspicere, & secundum genera examinare testimonia sub Alexandro facta, &

A τὸς ἐρμηνεύσαντος αὐτοῖς τὸν νόμον, Εὐχαρίστω τῶν καλῶν τὸν ὑπέμελειαν ἐπεπέργεται & τὸν πυχεῖν αλλὰ δημητριον τὸ Φαληρέα, καὶ αὐδρέα, Εδρίσια, τὸ μῆτραν τὴν καθ' έαυτὸν Διεθέροντα δημητριον, τὸς γὰρ θεών ματρικοῦ αὐτοῦ Φυλακίου ἐγκεχειριζόμενος, σπῆτης Ἐπιμελείας πεντης ἐπάξεν, τούτῳ αὐτῷ τὸν τόπον εἰς ἡμῶν Φιλοσοφίαν Ἐπιτυμοφορίαν σκμα-
δεῖ, εἰς τὸν ωμόν τοῦτον αὐτοῖς αὐτρῶν καπφρού, Επιλί-
αν εὐθαύμασεν. απίνατα ἥχεδον εφ' εὖτος πάτην εἰλα-
τον οἱ τοπογράφοι αὐτοῖς μακεδόνων Βασιλεῖς, ρικεστής
ποτε ἡμᾶς Διεπέντες. καὶ γὰρ τρίτη Καλεμαρία
εἰ λευκῷ θέρετης, καλαχῶν ὅλοις σφραγίσαντες
κατατούσι, & τοῖς εἰς αἰγαλίῳ θεοῖς χαριστηριαῖς τοὺς
ἔντονες. αλλὰ φωνῇ θρύλῳ θύμῳ θεοῖς ιεροσόλυμα, πλλας
αἱ τοῦτον νόμιμους εἰναι επεπλεστες θυσίας τοῦ θεοῦ. καὶ αἰτ-
ητικες αναδηματα τὸν νίκην ἀγάπε. οὐ δὲ Φιλομήτωρ πο-
λεμεῖσθαι καὶ ηγαντίαν αὐτοῖς κλεοπατρα, τὸν Βασιλεῖον
οὐδεὶς τὸν τοῦτον κακῶν αἴσχυλα κακά. αλλὰ μὲν ταῦτα
D Φιλονίου στοιχεῖα Ἐπί τοι τούτῳ πόλιν ηγαγε σφραγίδον εἰλίου, ἵντος
εἰκόνης θεούς Επιθετούμενων περισσεύεις καὶ παρόντος
ορθῶς ἡ πολιορκίαν Φαίδων καὶ μάλα διηγεῖται. οὐδὲ Φί-
λος ποτε Ἐπικληθεὶς πολεμεῖσθαι, διπολιαντί Καταπληκτού, διπολιαντί Καταπληκτού,
διπολιαντί Φίλομητορού, διπολιαντί Χρυσάνθεων βουλόριθμού τῆς βασι-
λείας.

Hic multa desunt in Graeco exemplari.



omnibus Ptolemzis, & quæ à senatu constituta sunt, necnon & maximis Romanis imperatoribus. Si vero Germanicus frumenta cunctis in Alexandria commorantibus metiri non potuit, hoc indicium est sterilitatis ac penurie frumentorum, non accusatio Judæorum. Quid enim sentiant omnes imperatores de Judæis in Alexandria commorantibus, palam est. nam administratio tritici nihilo magis ab eis, quam ab aliis Alexandrinis translata est. Maximam vero eis fidem olim a regibus datam conseruare, id est, fluminis custodiam, totiusque custodiae, nequaquam his rebus indigenos esse judicantes. Sed super hoc: quomodo ergo, inquit, si sunt cives, eosdem deos, quos Alexandri non colunt? Cui respondeo. Qvomodo etiam, cum vos sitis Ægyptii, inter alterutros prælio magno & sine fædere de religione contenditis? aut certe propterea non vos omnes dicimus Ægyptios, & neque communiter homines, qvoniā bestias adversantes naturæ colitis, multa diligentia, nutrientes? cum genus utique nostrorum unum atque idem esse videatur. Si autem in vobis Ægyptiis tantæ differentiæ opinionum sunt, quid miraris super his, qui aliunde in Alexandriam adveniunt, si legibus a principio constitutis, circa talia permansere? Is autem seditionis causa nobis apponit: qui si cum veritate ob hoc accusat Judæos in Alexandria constitutos, cur omnes non culpare possit, eo quod noscamur habere concordiam? Porro etiam seditionis autores, qvilibet inveniet Apionis similes Alexandrinorum fuisse cives. Donec enim Græci fuere & Macedones hanc civitatem habentes, nullam seditionem adversus nos gessere, sed antiquis cœssere solennitatibus. Cum vero multitudo Ægyptiorum crevisset inter eos, propter confusiones temporum, etiam hoc opus semper est additum. Nostrum vero genus permanxit purum. Ipsi igitur molestiæ hujus fuere principium, nequaquam populo Macedonicam habente constantiam, neque prudentiam Græcam: sed cunctis scilicet utentibus malis moribus Ægyptiorum, & antiquas inimicitias adversum nos exercentibus. E diverso namque factum est quod nobis improperare præsumunt. nam cum plurimi eorum, non opportune jus ejus civitatis obtineant, peregrinos vocant eos, qui hoc privilegium ad omnes impenetrasse noscuntur. Nam Ægyptiis neque regum quisquam videtur jus civitatis fuisse largitus: neque nunc quilibet imperatorem. Nos autem Alexander qui dem introduxit, reges autem auxere, Romani vero semper custodire dignati sunt. Itaque derogare nobis Apion voluit, quia imperatorum non statuamus imagines, tanquam illis hoc ignorantibus, aut defensione Apionis indigentibus: cum potius debuerit admirari magnanimitatem modestiamque Romanorum, quoniam subjectos non cogunt patria jura transcendere: sed suscipiunt honores, sicut dare offerentes pium atque legitimum est. Non enim honoribus gratiam habent, qui ex necessitate & violentia conferuntur. Græcis itaq; & aliis quibusdam, bonum esse creditur imagines instituere. Denique & patrum & uxorum filiorumque figuræ depingentes exultant, quidam vero etiam nihil sibi competentium sumunt imagines, alii vero & servos diligentes, hoc faciunt. Quid ergo mirum est, si etiam principibus ac dominis hunc honorem præbere videantur? Porro autem legislator, non quasi prophetans Romanorum potentiam non honorandam, sed tanquam causam neque Deo neque hominibus utilem despiciens, & quoniam totius animati, multo magis Dei inanimati, probatur hoc inferius, interdixit imagines fabricare. aliis autem honoribus post Deum colendos non prohibuit viros bonos, quibus nos & imperatores & popul. Roman. dignitatibus ampliamus. Facimus autem pro eis continua sacrificia; & non solum quotidianis diebus ex impensa communis omnium Judæorum talia celebramus: verum cum nullas alias hostias ex communis, neque pro filiis peragamus, solis imperatoribus hunc honorem præcipuum pariter exhibemus, quem hominum nulli persoluimus. Hæc itaque communiter satisfactio posita sit adversus Apionem pro his, quæ de Alexandria dicta sunt. Admiror autem etiam eos, qui ei hujusmodi tomitem præbuere, id est, Posidonium & Apollinium Molonis: quoniam accusant quidem nos, quare nos eosdem deos cum aliis non colimus: mentientes autem pariter, & de nostro templo blasphemias componentes incongruas, non se putant impie agere: cum sit valde turpissimum liberis, qualibet ratione mentiti, multo magis de templo apud cunctos homines nominato, tanta sanctitate pollente. In hoc enim sacrario Apion præsumpsit edicere, asini caput collocasse Judæos, & id colere, ac dignum facere tanta religione: & hoc affirmat fuisse depalatum, dum Antiochus Epiphanes & expoliasset templum, & illud caput invenisset ex auro compositum multis pecuniis dignum. Ad hoc igitur primum quidem respondeo, quoniam Ægyptiis vel si aliquid tale apud nos fuisse, nequaquam debuerat increpare, cum non sit deterior asinus furonibus & hircis & aliis, qui sunt apud eos dii. Deinde quomodo non intellexit, operibus increpatus de incredibili suo mendacio. Legibus namq; semper utimur iisdem: in quibus sine fine confistimus. Et cum variis casus nostram civitatem, sicut etiam aliorum vexaverint, & Theos ac Pompejus Magnus, ac Licinius Crassus, & ad novissimum Titus Cæsar, bello vincentes obtinuerint templum, nihil hujusmodi illic invenire: sed purissimam pietatem, de qua nihil nobis est apud alios effabile. Quia vero Antiochus neque justam fecit templi deprædationem, sed egestate pecuniarum ad hoc accessit, cum non esset hostis, & socios insuper nos suos & amicos aggressus est, nec aliquid dignum derisione illuc invenit, multi & digni conscriptores super hoc quoque testantur: Polybius Megalopolitanus, Strabo Cappadox, Nicolaus Damascenus, Timagenes, & Castor chronographus, Apollodorus: qui omnes dicunt pecuniis indigentem Antiochum transgressum foedera Judæorum, & spoliis templi aureo argentoque plenum. Hæc igitur Apion debuit respicere, nisi cor asini ipse potius habuisset, & impudentiam canis, qui apud ipsos asfolet colit: neque enim extinsecus alia ratiocinatione mentitus est. Nos itaque asini neque honorem neque potestatem aliquam damus, sicut Ægyptii crocodilis & aspidibus: quando eos, qui ab istis mordentur, & a crocodilis rapiuntur, felices & Deo dignos arbitrantur. Sed sunt apud nos asini, quod apud alios sapientes viros, onera sibimet imposita sustinentes. Et si ad

areas accedentes comedant, aut proposita non adimpleant, multas valde plagas accipiunt, quippe operibus & ad agriculturam rebus necessariis ministrantes. sed aut omnium crudissimus fuit Apion ad componendum verba fallacia, aut certe ex rebus initia lumens, haec implere non valuit, quando nulla potest contra nos blasphemia provenire. Alteram vero fabulam, derogatione nostra plenam, de Græcis apposuit: de quo hoc dicere sat erit, quoniam qui de pietate loquuntur presumunt, opertet eos non ignorare minus esse immundum per tempora transire, quam sacerdotibus scelestis verbis confingente. Ibi vero magis studuere defendere sacrilegum regem, quam justa & veracia de nostris & de templo conscribere. Volentes enim Antiochus gratificari & perfidiam ac sacrilegium ejus tegere, quo circa gentem nostram est usus propter egestatem pecuniarum, detrahentes nobis etiam quæ in futuris essent, mentiti sunt. Propheta vero aliorum factus est Apion, & dixit Antiochum in templo intrvensse lectum & hominem in eo jacentem, & appositam ei mensulam maritimis terrenisq; volatilium dapibus plenam, & quod obstupuisse his homo. Illum vero mox adorasse regis ingressum, tanquam maximam sibi operam præbituri: ac procidentem ad ejus genua, extensa dextera poposcisse libertatem: & jubente rege ut considereret, & diceret quis esset, vel cur ibidem habitaret, vel quæ esset causa ciborum ejus, tunc hominem cum genitu & lacrymis lamentabiliter suam narrasse necessitate m. Ait, inquit, esse se Græcum: & dum peragraret provinciam parandi victimas causa, correptum se subito ab alienigenis hominibus, atq; deductum ad templum, & inclusum illic, & a nullo conspicui, sed cuncta dapum apparitione saginari. Et primum quidem haec sibi inopinabilia beneficia visa attulisse latitiam: deinde suspicionem, postea stuporem: postremum consulentem a ministris ad se accedentibus audisse legem ineffabilem Judæorum, pro qua nutriebatur: & hoc illos facete singulis annis quodam tempore constituto. Et comprehendere quidem Græcum peregrinum, eumq; annuo tempore saginare, & deductum ad quandam sylvam, occidere quidem eum hominem, ejusq; corpus sacrificare secundum suas solemnitates, & gustare ex ejus visceribus, & iusjurandum facere in immolatione Græci, ut iniurias contra Græcos haberent: & tunc in quandam foveam reliqua hominis pereuntis abjecere. Deinde refert eam dixisse, paucos iacti dies debitos sibi superesse, atque rogasse, ut reveritus Græcorum deos, & superans in suo sanguine insidias Judæorum, de malis eum circumstantibus liberaret. Hujusmodi ergo fabula non tantum omni tragœdia plenissima est, sed etiam crudeli impudenter redundat. Non tamen a sacrificio privat Antiochum, sicut arbitrati sunt, qui haec ad illius gratiam conscripsere. Non enim presumpsit aliquid tale, ut ad templum accederet: sed sic ihvenit non sperans. Fuit ergo voluntatibus inquis impius, & nihilominus sine Deo, quicquid jussit mendacii superfluitas, quam ex ipsa re cognoscere valde facillimum est. Non enim circa solos Græcos discordia legum esse dignoscitur, sed maxime adversus Ægyptios & plurimos alios. Cujus enim regionis homines non contigit aliquando apud nos peregnari? ut adversus solos Græcos renovata conjuratione per effusionem sanguinis ageremus: vel quomodo possibile, ut ad has hostias omnes Judæi colligerentur, & tantis milibus ad gustandum viscera illa sufficerent, sicut ait Apion? vel cur inventum hominem quicunque fuit (non enim suo nomine conscripsit) aut quomodo eum in suam patriam tex non cum pompa deduxit? dum posset hoc faciens, ipse quidem putari pius, & Græcorum amator eximius, assumere vero contra Judæorum odium auxilia magna cunctorum. Sed haec relinquo: insensatos enim, non verbis, sed operibus decet arguere. Sciunt igitur omnes, qui videre constructionem templi nostri, qualis fuerit, & intransgressibilem ejus purificationis integratem. Quatuor enim porticus habuit in circuitu, & harum singulæ propriam secundum legem habuere custodiā. In exteriorem itaque ingredi licentia fuit omnibus etiam alienis: mulieres tantummodo menstruatæ transire prohibebantur. In secundam vero porticum cuncti Judæi ingrediebantur, eorumque conjuges cum essent ab omni pollutione mundæ. Intertiam, masculi Judæorum mundi existentes atque purificati. In quartam autem sacerdotes, stolis induiti sacerdotalibus. In adytum vero soli principes sacerdotum, propria stola circumambici. Tanta vero est circa omnia providentia pietatis, ut secundum quasdam horas sacerdotes ingredi constitutum sit. Mane etiam aperto templo oportebat facientes traditas hostias introire: & meridie rursus, dum clauderetur templum, deniq; hebas quidem aliquod portari licet in templum, sed erant in eo solummodo posita, altare, mensa, thuribulum, candelabrum, quæ omnia in lege conscripta sunt. Etenim nihil amplius neq; mysteriorum aliquorum ineffabilem agitur, neq; intus ultra epulatio administratur. Haec enim quæ praedicta sunt, habent totius populi testimonium manifestum, rationemq; gestorum. Licet enim sint tribus quatuor sacerdotum, & harum tribuum singulæ habeant hominum plus quam quinque milia, sit tamen observatio particulariter per dies certos: & his transactis, aliis succedentes ad sacrificia veniunt: & congregati in templum mediante die a praecedentibus claves templi, & ad numerum omnia vasa percipiunt, nulla re quæ ad cibum aut potum attineat in templum delata. Talia namque etiam ad altaria offerre prohibitum est, præter illa quæ ad sacrificia præparantur. Quid ergo Apionem dicimus, nisi nihil horum examinantem, verba incredula protulisse? Sed turpe est, historiæ veram notitiam si proferre grammaticus non possit. Et sciens templi nostri pietatem, hanc quidem prætermisit. Hominis autem Græci comprehensionem finxit, pavulum ineffabile, & ciborum opulentissimam claritatem: & pervios ingredientes, ubi nec nobilissimos Judæorum licet intrare, nisi fuerint sacerdotes. Haec ergo pessima est impietas, atque mendacium spontaneum, ad eorum seductionem, qui noluerunt discutere veritatem. Per ea siquidem mala ineffabilia, quæ praedicta sunt, nobis detrahere tentavere. Rursumque tanquam piissimus deridet, adjiciens fabula inania facta. Ait enim illum retulisse, dum bellum Judæi contra Idumæos haberent longo tempore, ex aliqua civitate, Idumæorum,

Idumæorum, qui in ea Apollinem colebat venisse ad Judæos, cuius hominis nomen dicitur Zabidus, deinde eis promisit et traditurum se eis Apollinem Deum Dorensim: venturumque illum ad nostrum templum, si omnes ascenderent, & adducerent omnem multitudinem Judæorum. Zabidum vero fecisse quoddam machinamentum ligneum, & circumposuisse sibi, & in eo tres ordines infixisse lucernarum, & ita ambulasse, ut procul stantibus appareret, quasi stella per terram iter agens.

Magna ergo admiratione eximia Apionis prudentia, vel ob hoc quod mox dicetur, digna est. Hoc n. esse affirmat indicium, quia neg; legibus justis utamur, nec Deū colamus ut convenit, quod diversis gentib.

A Porro Judæos inopinabili visione obstupuisse, & longe constitutos tenuisse silentium. Zabidum vero multa quiete ad templum venisse, & aureum detraxisse asini caput (sic enim urbane conscribit) & rursus Doram velociter advenisse. Igitur & nos dicere possumus, quia asinum, hoc est semetipsum Apion gravat, & facit stultitia simul & mendaciis oneratum. Loca namq; quæ non sunt, conscribit: & civitates nesciens transfert. Idummæ enim provinciæ nostræ confinis est, posita juxta Gazam, & nulla civitas hujus Dora nuncupatur. In Phcenice vero juxta montem Carmelū Dora civitas appellatur, in nullo concordans Apionis oblocutionibus. Quatuor enim dierum itinere procul est a Judæa. Cur itaq; nos rursus accusat, eo quod non habeamus communes cum aliis deos, si sic facile credidere patres nostri ad se venturum Apollinem, & cum Stellis eum ambulare super terram putavere? Lucernam enim prius nunquam videre scilicet, qui tot & tanta concelebrant candelabra. Sed nec aliquis ei ambulanti per provinciam ex tantis milibus obviavit. Desolatos etiam vicos custodibus competit, & hoc tempore belli. Cætera jam relinquo. Januæ vero templi altitudine quidem erant cubitorum LX. latitudine vero XX. omnes deauratae, & pene auro puro confectæ. Has claudebant non minus quam viri ducenti diebus singulis, & relinquere eas apertas, nefandum nimis erat. facile igitur eas lucernifer ille aperuisse creditur, qui solus etiam habuisse asini caput æstimabatur: quapropter dubium est, utrum hoc caput Zabidus denuo revocavit: an certe sumens Apion, introduxit in templum, ut Antiochus interveniret, ut secundo Apioni aliquam mentiendi daret occasionem. Mentitur autem & de jureamento, quod juremus per Deum factorem cæli & terræ & maris, nulli Judæos fauturos alienigenæ, & maxime Græcis. Oportebat autem mentientes absolute dicere, nulli fauturos alienigenæ, & magis Ægyptiis: sic etenim ab initio poterant ejus figmenta de jurejurando congruere, si ab Ægyptiis utique patres nostri non propter malignitatem suam, sed propter calamitates expulsi sunt. A Græcis autem plus locis quam studiis sumus abjuncti, ita ut nullæ inter nos & illos inimicitizæ & æmulationes esse noscantur. E diverso namq; multis eorum ad nostras leges contigit accessisse, quorum quidam permansere, quidam vero perdurare non ferentes, denuo recessere. Hoc tamen jusjurandum nunquam se quisquam audisse memin: it apud nos habitum, sed solus Apion (ut videatur) audivit. In se namque id compositum

καὶ τοῖς τοῖς διοῖσιν χλωράς οὐ πεπολεῖσθαι. τὸ μὲν ἐν τῷ θέατρῳ A sed & circumcidionem genitalium vehementer irridet. De nostrorum quidem animalium peremptione communio nobis est cum aliis hominibus universis. Apion autem sacrificantes nos redarguens, indicat semetipsum genere esse Ægyptium. Non enim Græcus si esset aut Macedo, hoc moleste ferret. Iste enim vovent sacrificare hecatombas suis diis, & sacerdotibus utuntur ad epulas. Quæ cum ita sint, non propterea contigit mundum animalibus desolari, quod Apion expavit. Qui tamen si solennitates Ægyptiorum sequerentur, mundus desertus quidem esset hominibus, ferocissimis autem bestiis implereatur: quas isti judicantes deos, diligenter enutrunt. quod si quis eum consuleret, quos putaret omnium Ægyptiorum esse sapientes atque deicolas, sacerdotes sine dubio fateretur. Hæc enim duo dicunt sibi ab initio a regibus esse præcepta, ut deos colant, & sapientiam diligent: quod illi facere præcipue judicantur: qui tamen & circumciduntur omnes, & a porcinis abstinent carnis. Sed neque ullus alter Ægyptiorum cum eis diis sacrificare dignoscitur. Cæcus igitur fuit Apion, quando pro Ægyptiis nostras detractiones componens, illos videtur potius accusare, qui non solum utuntur solennitatibus, quas in nobis culpat iste: sed etiam alios circuncidi docent, sicut dixit Herodotus. Unde recte mihi videtur Apion, propter patriæ suæ leges poenas dedisse blasphemias. Etenim necessario circumcisio, circa genitalia vulnera ei facta nihil profuerunt, & putrefactis in magnis doloribus expiravit. Oportet enim bene sapientes in legibus propriis circa pietatem integre permanere, & aliorū minime carpere. Iste vero suas quidem leges effugit, de nostris vero mentitus est. Hic itaq; terminus vita fuit Apionis. Sed & noster hic jam finem liber accipiet. Quoniam vero & Apollonius Molon, & Lysimachus, & alii quidam, tam per ignorantiam quam per insaniam de legislatore nostro Mose, & legibus verba protulere, nec iusta, nec vera: dum illi quidem velut mago atque fallaci derogant, leges autem malitia apud nos nulliusq; virtutis affirmant esse doctrices, volo breviter & de omni conversatione nostra, & de particulari (sicuti potero) proferre sermonem. Reor enim fore manifestum, quia & ad pietatem & ad convictum universalemq; humanitatem, insuper ad iustitiam laborumq; tolerantiam, & ad contemptum mortis optimas leges positas habeamus. Rogo tamen lecturos, ut non cum invidia exequantur hujus operis lectionem. Non enim proposui laudes conscribere nostrorum: sed adversus eos, qui nos plurimum & fallaciter accusarunt, satisfactionem hanc puto esse justissimam. Proinde accusationem Apollonius non continue, sicut Apion, instituit, sed dispersum. Quippe qui aliquando quidem nos sine Deo & hominibus odiosos appellat, aliquando vero formidinem nobis improprietat: & e diverso, rursus aliquando de audacia gentis nostræ queritur. Dicit autem etiam stultiores Barbaris: & propterea nullum inventum nos solos vita utile reperisse. Hæc autem omnia manifeste redarguntur,

dum universa contra quam ab eo sunt dicta, mo- strantur & legibus imperata, & a nobis cum omni integritate gesta. Si vero coactus fuero facere mentionem legum contrariarum apud alios constitutarum, in culpa illi sunt, qui nostras solennitates tanquam pejores cum aliorum conferunt. Quibus neutrum puto remanere quod dicantur: neq; quia non eas habeamus leges, quarum ego capita & summas ad redargendum positurus sum: neq; quia non præcipue in legibus propriis perduramus. Paulo ergo altius exorsus, volo primum dicere, quod eis qui sine lege & ordine vivunt, hi qui ordinis & communium legum amatores extiterunt, & primi hoc inchoaverunt, recte mansuetudine atque virtute præstare dicendi sunt. Denique conantur singuli eorum gesta sua ad antiquitatem referre, ut non imitatores aliorum videantur existere, sed ipsi potius aliis legitime vivendi duces fuisse. His igitur hunc in modum se habentibus, virtus legislatoris est meliora considerare: & his qui usurpi sunt legibus, quas posuerit, satisfacere, quia recte sunt. Populi vero est, ut in omnibus quæ constituta sunt, perduret: & neq; felicitate procedente, neq; calamitatibus aliquid horum immutet. Dico igitur nostrorum legislatorem, quoslibet qui memorantur legis & tores antiquitate præcedere. Lycurgus enim & Solon, & Zaleucus Locrensis, & omnes qui apud Græcos mirabiles sunt, novelli atque recentes, quantum ad illum comparati, esse noscuntur: quando nec ipsum nomen legis fuisse olim apud Græcos agnoscatur. Testis Homerus est, qui nusquam in opere suo hoc usus est nomine. Nomen enim secundum legem, sed indefinitis sententiis, & regum præceptionibus, populus regebat. Unde etiam multo tempore permanere, tantum moribus utentes, & non scripto, & multa horum semper secundum eventum casuum permittentes. Noster vero legislator antiquus existens (hoc etenim undique manifestum est, etiam apud eos clarum, qui semper contra nos loquuntur) & semetipsum præbuit optimum principem populorum consultoremque, & instructionem totius legis vita constringens, eis svasit hanc libenter excipere, & firmissime inclita scientia custodire. Primum autem ejus magnitudinis opera videamus. Ille namque progenitorum nostrorum relinquentium Ægyptum, & ad terram propriam remeantium, multa millia sumens, ex plurimis & impossibilibus rebus cautissime liberavit: nam & in aquosam eos & multum arenosam oportebat transire viam, bellaque devincere: & filios ac uxores, prædamque bello servare: in quibus dux egregius & consiliarius sapientissimus & tutor veracissimus fuit universorum. Omnem si quidem multitudinem a semetipso pendere fecit, & cum omnia quæ vellet persuadere possit, in nullo horum vindicavit sibi metu potestatem: sed in quo maxime tempore potestatem sibi metu artogant, & tyrannidem præsules rerum, & populum frequenter iniquitate viverem consueficiunt, in hac ille potentia constitutus, e diverso magis judicavit agendum pie, & plurimam exhibere aliis inquitatem, ipse virtutem præcipuam se credens cunctis ostendere, & salutem firmissimam præbere.

ποικιλόφοις Βεβαιωτάτην παρέστη. καλῆς οὐδὲ αἰσχού
περιστρέψως ἐπάζειν μέχαλιν Θητηγχανοράμαν,
εἰκότως σκορπίου διηγένεια τῷ καὶ σύμβολον θεον ἔχειν.
καὶ πειραὶ πεστερον εἴσιτον, ὅπις τὸν σκέπανον Βάλκου
ἀπαντα πεστίτι καὶ Διγυνοῦτον, πεντελίθον δέντων πα-
πές ἐμποιήσαν τὰν τοσόληψιν τοῖς πλήθεσιν. οἱ γὰρ πι-
τεύσαστες Θητηγχανούς δεὸν τὰς εἴσιτον βίσσας, ἀλλὰ αἰνέ-
χον) ἐξαμαρτεῖν. Τοιστὸν μὲν δὴ τις αὐτὸς ήμαν ὁ
νομοθέτης, ἐγενητὸς ἀπὸ ἀπατεών, ἀπερο λοιδορεύοντες λέ-
γουσιν αἰδίκας. ἀλλ’ οἶον τορῷ τοῖς ἐλλησιν αὐχέσσον τοὺς
μένα γρονθένας, οὐ μετ’ αὐτοὺς τοὺς ἄλλας νομοθέτες. οἱ
μὲν γὰρ αὐτῶν τοὺς νόμους (παστίτεν). ὁ δέ γε μίνικος ἐλε-
γχος διὰ τὸ λαπταλλακή το δελφικὸν αὐτὸς μαντεῖον τοὺς το-
νόμους μαστείας ἀνεφερεν, ἥτις ταῦτης ἐγένετο νο-
μίζοντες, ἡ πεντελίθον φάσιν τοσολαμβάνοντες. τις δὲ λα-
σμαλισκατωρδῶν τοὺς νόμους, καὶ τις ὁ διηγόποτες
τοῖς τοστοῖς πίστεως Θητηγχανῶν, πάρεστιν εἰς αὐτῶν κατα-
νεῖν τὸν μετανοεῖν αἰτηταλλοντας. ηδη γὰρ ταῦτα λε-
κτέον. ἔχουσιν αὐτοῖς μὲν αἷς καὶ μέρις τὸν θεόν τοὺς
νόμους τοῦτον τοὺς ἀπασιν αἰθρωποις Δικαῖοι. οἱ μὲν
γὰρ μονάρχαις, οἱ γὰρ ὀλίγων διωαστοῦσι, ἀλλοι δὲ τοῖς
πλήθεσιν ἐπέτρεψαν τὰν εἴγοσιαν τὸ πολιτεύματαν.
ἐδὲ ημέτερον νομοθέτης εἰς μὲν ταῦταν χριστικάπτε-
σθεν, αἰσθαντος τοῦτον τοῦτον ἀπετίθενται, αἴσθα-
σθεν, οἰς δὲ αὖτις εἴποι Βιαστὴν θεόν τοῦτον, θεοχριστί-
αν αἴπειτον τὸ πολέμιον, τοῦτον δὲ τοῖς διηγόποτες
αἰθρωποις, τοῖς εἰκασίαις αἰτηταλλοντας, λα-
θανόν τοῖς σκέπαις γνωμένοις τοῖς ἡδυνήδησον. αλλὰ τοτε το-
περαιώμενον τοῦτον, εἴδε δὲν ἀν τοῖς παρέστηται Διενοτήτη.
ἔναριστον αὐτὸν αἴπειτον θεόν εἰναι ημέτερον οὐμόνοις εὐτασσο-
τον, ἀλλὰ ζωντανούροστον, εἰς σκέπαινον ανάγαγε τὰν
αἰτηγέρδοστον. οὐδὲ οἱ μὲν τὸ δοκεῖν εἰδίδαξαν μὲν εἴναι
Θεὸν μονάρχην, μετ’ αὐτὸν ἐθεῶν πίνας μιτολογούσας
αἰτηταλλοντο, τοῖς εἰκασίαις αἰτηταλλοντας, λα-
θανόν τοῖς σκέπαις γνωμένοις τοῖς ἡδυνήδησον. τοῦτο τοῦ
Θεοῦ Φρονεῖν οἱ αἴτηταρι δοκεῖτον τοῖς τοῖς ελλησι, μο-
νάρχην αἰς τοῖς τοῦτον αἴτητες. εἰ γὰρ θεὸς τοῦ Θεοῦ
εἰδεῖται λέγειν τῇ ἀναρχῇ Φύσητι καλά τε οὐτε περιπτά,
εἰς αὐτὸν μετατίθεται, εἴδεται, εἰς τοῖς παρέστηται, οὐτε
αἰτηταλλοντας τοῖς αἰτηταλλοντας, καὶ οὐ μετ σκέπαινος
τοῦτο τοῖς εἰκασίαις Φιλοσοφοῖς, οὐδὲ μικρὸς δὲν αἴτητες οὐταν
Φιλοσοφοῖς, τοῦτο τοῦ Θεοῦ Φύσητι περιφρικότες. αἰλλά οἱ
μὲν τοῦτον ὀλίγον Φιλοσοφοῦτες εἰς τοῦτο δόξας
περικαταλημένους, τὰν ἀλήθειαν δούλιατο εἶνει-
πειν τοῖς εἰπλιποτοι. δέ τοις ημέτερος νομοθέτης, αἴτε δῆτο
εργα παρέχαν σύμφωνα τοῖς λόγοις, εἰ μόνον τοὺς κα-
τατοῦντος εἴπεσεν, αἰλλά ζωντανούροστον τοῖς σκέπαινον αἰτη-
ταλλοντας περιπτώσεις τοῖς δημοσιούσι, τὰν καρτεραῖσι, τὰν
σωφροσιῶσι, τὰν τῶν πολτῶν περιπτώσεις αἰλήλας οὐ-
αἴτητος σύμφωνα καταπικτούντος αἴτητος εἰς Διενοτήτην

seqvacibus bona voluntate. Ex maximis a^{et}ibus in singulis casibus usus est. Quapropter recte judicabat, ducem atq; consultorem se Deum habere; & primitus sibimet satisfaciens: quia secundum illius voluntatem universa gereret atq; tractaret, credidit modis omnibus oportere ut etiam apud plebem h^{ec} opinio permaneret. Nam qui Deum respicere suam vitam credunt, delinquentre non presumunt. Hujusmodi quidem noster legislator fuit, non magus, non fallax, sicut dergatores iustite pronunciant: sed quales apud Gr^{ec}os gloriantur fuisse Mihoem & post eum legillatores alios. Namq; quidam eorum leges positas a Jove dicebant: alii vero eas in Apollinem & vaticinium D^{elphi}cum referabant, sive pro veritate hoc credentes, seu facile persuadendum, judicantes populo. Qui vero praeципias leges instituerint, vel qui justissime de Dei fide cognoverint, licet hoc ex ipsis legibus facta comparatione conspicere. Jam enim de ipsis tempis est dispendandi. Igitur infinita quidem particulatim gentium atq; legum apud cunctos homines differentiae sunt. Alii siquidem monarchis, alii vero populo potestatem reipublice commisere. Noster vero legislator nihil horum intendens, veluti si quis hoc dicendo mensuram transcendat verbis, divinam rem publicam declaravit: Deo principaliter conversationem nostram atq; potestate excellenter assignans, & satisfaciens eum cunctos inspicere, tanquam causam bonorum omnium universalis hominibus existentem: & quæcunque contingit eos in angustiis supplicasse, illius non fuisse voluntatem, neq; quicquam eorum quæ gesse, vel si quid aliquis apud semet ipsum potuit cogitare. Unum vero eum esse monstravit, & ingenitum, immutabilem per tempus, æternum, & omni specie mortali pulchritudine differentem, & ipsum nobis notum: qualis autem sit secundum substantiam, prorsus ignotum. H^{ec} itaq; de Deo sapuerunt prudentissimi Gr^{ecorum}: qui quidem quod eruditⁱ sint, illo utiq; sciendi præbente, principia, nanc dicere prætermitto: quod autem h^{ec} optima & congrua Dei natura atq; magnificenter sint, valde testantur. Pythagoras enim, & Anaxagoras, & Plato, & post illos philosophi Stoici, & pene cuncti, videntur de divina sapuisse natura. Sed hi quidem ad breve philosophantes, populo superstitionum opinionibus jam præoccupato veritatem dogmatis proferre timuere. Noster vero legislator opera præbens consonas, verbis suis, non solum his qui cum eo erant satisfecit, sed etiam qui ex illis semper erant nascituri, hoc immutabiliter inspiravit: & causam legislationis ad utilitatis modum semper adduxit. Non enim partem virtutis Dei culturam dixit, sed hujus partes alias esse perspexit atque constituit: hoc est fortitudinem, justitiam, & mutuam in omnibus civium concordiam. Cunctæ namque actiones & studia,

universis sermones, ad divinam referuntur per A καὶ λόγοι πάντες, οὐτὶ τούτοις θέσιν ἡμῖν δοῖσκων ε-
omnia pietatem. Non enim hoc inexaminatum
aut indefinitum ulterius dereliquit. Duo siquidem sunt totius discipline & moralis institutio-
nis modi, quorum unus quidem sermone doctor
est, alter vero exercitatione morum: quæcum-
ita sint, alii quidem legislatores sentiendo sunt,
discreti, & alterum horum modum sibi placitum
assumentes, alterum reliquerunt. Sicuti Lace- B dæmonii quidem & Cretenses moribus erudie-
bantur, non verbis: Athenienses vero, & pene
omnes aliū Græci, quæ quidem oportet agi præci-
piebant suis legibus: asseverare vero ad hæc ope-
ribus mihi me valuerent. Noster autem legislator
hæc ambo multa diligentia coaptavit. Nam nec
exercitationes morum omnis non traditas, neque
leges sermone reliquit incomptas. Sed mox a
primo inchoans cibo, & unicuique diaeta conveniente
nihil neque minimarum escarum sub potestate
voluntatis utentium dereliquit. Sed & de ci-
bis convenit abstinere, & qui suspendi sunt, vel
quæ diaeta communis esse videatur, necker & de
operibus labore simul & requie, terminum atque
regulam posuit legem: quatenus veluti sub pa-
tre atque domino viventes, neque volentes quicquam
neque per ignorantiam delinqvamus. Non enim D ignorantibus prænam posuit, sed optimam & ne-
cessariam correctionum monstravit legem. Qua-
propter non semel audire, nec secundo vel sepius: sed in unaquaque septimana, alia opera re-
linquentes, ad legis auditionem congregari præ-
cepit universos, eamque perfecte condiscere, quod
scilicet omnes legislatores reliquisse noscuntur.
Et in tantum plurimi hominum absunt, ut secun- E dum proprias leges vivant, ut pene eas ignorent.
Et cum peccaverint, tunc agnoscunt ab aliis, quæ
legem probantur esse prævaricati. Sed etiam vi-
tri maxima cum gloria & principalia gubernantes,
proficiunt ignorantem. Doctos namque sibi
faciunt assidere ad dispensationem rerum & pe-
nitentiam legum habentes. Nostrorum vero quem-
libet si quis leges interroget, facilius quam nomine
suum recitat. Universas quidem mox a primo F fensu eas discentes, in animo velut inscriptas ha-
bemus. Et rarius quidem quilibet transgredi-
tur: impossibile autem est supplicium devitare,
peccantem. Hoc itaque primum omnium mirabi-
lem consonantiam nobis instituit, nam unam, G quidem habere & eandem de Deo sectam, vita,
vero ac moribus differre nihil ab invicem, optimam
moribus hominum potest celebrare con-
cordiam. apud nos etenim solos, neque de Deo
quilibet sermones audierit alterutris adversarios,
sicut multa similia apud alios fieri comprobantur: cum non solum a vulgaribus quod visum
fuerit unicuique profertur, sed etiam apud quosdam
philosophorum hoc crebro præsumitur, quando
aliij quidem totam Dei naturam sermonibus per-
imere tentavere. alii vero ejus providentiam ab hominibus abstulerent: neque in studijs, vitæ differentia
ulla conspicitur, sed communia quidem opera omnium apud nos existunt: unus vero de Deo sermo cō-
cors est, asserens illum cuncta respicere. Sed etiam de ipsis vitæ studiis, & quoniam oportet omnia alia

A ad terminum divinæ pietatis adduci, a mulieribus nostris & a servis quilibet audient. Pro qua re illatas nobis calumnias a quibusdam, cur non exhibeamus viros inventores novorum operum seu verborum, contigit oriri. Alii siquidem in nulla re paterna perdurare optimum esse putant, & præcipue transgressoribus sapientia robor as signant. Nos autem e diverso, unam esse prud entiam atq; virtutem existimamus, nihil penitus vel facere, vel cogitare contrarium his quæ antiquitus sancta noscuntur: quod scilicet indicium legis est optimo fœdere constituta. nam ea quæ nunc non habent modum, experimento sæpe corrupta redarguntur. Apud nos autem, qui credimus ab initio positam legem divina voluntate, nihil aliud pium est, quam hanc sub integritate reservare. Quis etenim ejus quicquam movere potest, aut quid melius adinvenit? vel quis ab aliis tanquam præcellentius ad statum reipub. nostræ aliquid transferre potest? aut quæ poterit esse melior atque justior, quam ea quæ Deum quidem principem omnium esse confirmat? sacerdotibus autem in communi quidem res præcipias dispensare permittit: summo vero pontifici aliorum sacerdotum principatum competenter injungit. quos utiq; non divitiis, neque aliis quibusdam spontaneis aviditatibus præcellentes legislator ad calmen hujus honoris instituit. Sed quicunq; sapientia vel temperantia aliis præstare noscuntur, eis præcipue culturam divinæ placationis injunxit. Apud hos igitur, & legis & aliorum studiorum integra diligentia custodiatur. Contemplatores enim omnium, atq; judices contentionum, & puntores culpabilium sacerdotes esse decreti sunt. Quis ergo principatus? quod regnum erit hoc sanctius? vel qui honor Deo potius cooptabitur? cum omnis quidem populus sit præparatus, ad pietatem, summa vero diligentia sacerdotibus sit indicta: & velut qvædati festivitas gubernetur universa respub. Cum enim mysteria sua numero paucorum dietum, alienigenæ custodire nequeant, ea videlicet sacrificia nominantes, nos cum multa delectatione, & immutabili voluntate solennitatis opus per omne servamus ævum. Qyæ igitur sunt præcepta vel interdicta simplicia, five nota dicamus. Primum quidem de Deo est, dicens: Deus habet omnia, perfectus, beatissimus, ipse sibi cunctisq; sufficiens, principium & medium & terminus: inter omnia operibus quidem & muneribus clarus, & omni re manifestior: forma vero & magnitudine nobis inenarrabilis. Omnis namq; matreries comparata ad hujus imaginem, licet sit pre ciosa, tamen pro nullo est, cunctaq; ars ad illius imitationis inventum, extra artem esse cognosci cari, neq; coniicare. Sanctum est, videmus ejus operare, animalium nationes, proventus fructuum: hæc quibusdam indiguit sibi cooperantibus. sed ipso convenit universos seqvi, eumq; placare exercitati onem & illius est. Unum templum unius Dei, commune

omnium communis Dei cunctorum. Gratum. A deo appetimus, ergo deo debemus. Namque semper est omne quod simile est. Hunc placant quidem sacerdotes semper. præcedit vero istos primus secundum genus: qui ante alios sacerdotes sacrificabit Deo, custodiet leges, de dubiis judicabit, & puniet lege convictos. Huic quisquis non obedit, suppicio subjacebit, tanquam qui in ipsum Deum impie gesserit. Hostias immolat, non ad crapulam nostram vel ebrietatem attinentes. hæc enim non placent Deo: quæ res occasio potius injuriarum simul & expensarum est. Deus enim temperatos, ordinatosq; & boni generis diligit: & ut præcipue sacrificantes caste vivamus. In sacrificiis autem pro communi salute primum oportet orare, deinde singulos pro semetipsis, quoniam omnes socii sumus. Et qui hoc consortium suæ vitæ præponit, maxime Deo gratus est. Supplicatio vero fit ad Deum votis ac precibus, non ut bona præstet: hæc enim ipse, sponte contulit universis, & in medio depositis: sed ut hæc suscipere valeamus, suscipientesque servemus. Purificationes quoque in sacrificiis lex decrevit, a cubili, a lecto, a congressu uxorio, & alia multa, quæ conscribere longissimum est. Hujusmodi ergo de Deo, & eius placatione sermo est, ipse autem simul etiam lex est. Quid autem de nuptiis? Solam novit lex permixtionem naturalem cum conjugi, si tamen filiorum causa procreandorum agatur. Masculorum vero cum masculis valde judicavit inimicas: & tentantes talia morte decrevit dignos. Nubere vero jubet, non respicientes ad dotem, neq; violenter arripere, sed neq; dolo vel fallacia svadere. Dispensationem vero potius fieri per eum, cuius noscitur esse potestatis, & per cognationem opportunam. Mulier autem inferior, inquit, est viro per omnia. Obedit igitur non ad injuriam, sed ut sit sub regimine constituta. Deus enim viro potestatem dedit. Cum hac ergo coire decet maritum solummodo, alterius vero experientiam habere nequissimum. Si quis autem hoc egerit, declinatio nulla mortis. neque si fecerit vim virgini alteri desponsata: neq; si svaserit nuptæ, aut filios nutrienti. quæ omnia lex præcepit. universis autem mulieribus interdixit vel celare quod natum est, vel alia machinatione corrumpere filios. Infantida enim esset animas demoliens, & genus imminuens. Igitur si quis ad concubitum, corruptionemq; transierit, inmundus est. Oportet autem etiam post legalem commixtionem viri, mulieres lavari. Hoc enim partem animæ polluere judicavit: inflata namq; corporibus vulneratur. Dumque hoc fit, aquam propter purificationis causam talibus imperavit. Sed neque in filiorum nativitatibus concessit epulaciones aggregari, & fieri occasiones ebrietatis: sed temperatum esse repente principium. Jussitque litteris erudiri propter leges, & nosle progenitorum actiones, ut actus imitentur, & cum legibus educati, neque transgrediantur, neque cogitationem ignorationis habere judicentur. Prospexit autem etiam funeribus mortuorum, ut neque sumptuosæ ad sepeliendum celebrentur execravæ, neq; insigniæ fabrica sepulchrorum. sed necessaria quidem circa elationem funeralis imperavit domesticos adimple-

A re: omnibus autem viventibus legitimū esse constituit, ut aliquo in oriente & concurrant, & gemitus lamentationis effundant. Purificari autem jubet etiam domesticos funere celebrat: ut longe procul sint, quasi videantur mundi esse. Cum autem aliquis fecerit homicidium vel sponte, vel invitus; ne horum quidem pœnam tacuit. Parentum honorem post Deum esse constituit; & qui non repensat eorum gratia, sed in qualibet parte contristat, præcepit esse lapidandum. Jubet etiam senioribus honorem juvenes exhibere, quoniam cum & is senior Deus est. Nihil permittit celandum apud amicos: non enim amicitia sunt apud eum cui omnia non creduntur. & licet aliquae inimicitiae proveniant, prodit tamen arcana prohibuit. Si quis autem arbiter munus acceperit, morte multatur, despiciens quod justum est, & auxilium reis offerens. Quod quisquam non posuit non auferat: & aliena non tangat; mutuans non accipiat usuras. Hęc, & his multa similia communionem contingenit nostrorum inter alterutros. Quomodo autem etiam de domestica cura circa alienigenas habenda docuerit legislator, referri dignum est, videbitur enim omnibus optime prospexit eum, illo ita sentienti, neq; propria corrumpamus, neq; participari rebus nostris volentibus invideamus. Qvicunq; enim volunt sub nostra conversari lege, accidentes ad eam cum munificentia suscipit, non genere solummodo, sed etiam voluntate vita putans esse consortium. Eos autem qui obiter adveniunt, miseri solennitatibus nolunt: alia tamen exhibenda constituit. Idem omnibus præbendum, ignem, aquam, cibum; iter ostendere, non spernere: aliquem insepultum. Mitissime etiam circa hostes quæ sunt agenda fancivit, ut neq; terra eorum exuratur; neq; arbores fertiles incidentur. Sed etiam spoliari eos qui in bello cecidere, interdixit. & capti viis prospexit, quantum eorum amoveatur injuria, & maxime forminarum. Sic autem eximie nos mansuetudine atq; clementiam studuit edocere, ut etiam de animalibus irrationalibus non taceret: sed horum tantummodo utilitatem legitimam concedens, ab omni nos alia causa prohibuit. Quæcunque enim veluti domestica oriuntur in ædibus, hęc interdixit occidi: sed neque parentes denique præcepit una cum pullis auferri. Et licet hostilia sint animalia laborum socia, eis tamen parcendum esse fancivit. Sic undiq; ea quæ ad mansuetudinem pertinent observavit: doctrinalibus quidē, sicuti prædicum est, legibus utens & alias rursus contra transgressores causa punitionis sine excusatione defigens. Multa namq; in plurimis causis transgredientium, mors est. Si adulteri, asculi turpe, testamentum præsumpsit, aut patet, in servis, & in mensuris, de injusta venditione: ac fraude si quis vel debet, cohibendi hi sunt vindicta, non quāli apud alios, etate. quæ sit in Deum, si vel tentet hoc aliquis, mox præmium tribuitur, non aurum, non argentum.

neque corona lapillis distincta : sed unusquisq; testem habens conscientiam suam, valde proficit, legislatore prophetante, & Deo fidem condonante firmissimam his qui servant leges : & licet pro his mori contingat, concurrunt tamen alacres ad occasum, sperantes fore, ut vita melior ex mutatione conferatur. Pigeret itaq; nunc hoc me conscribere, nisi opera essent omnibus manifesta : quoniam s̄ per numero multi nostrorum progenitorum, ne vel sermonem solummodo extra legem proferrent, omnia passi sunt viriliter sustinere. Quin & si ignota gens nostra omnibus hominibus esset, nec palam esset voluntaria nostra legum obseratio, si Gracis aut legile se in historiis aliquis narraret, aut in orbe incognito reperisse, homines tamq; honestam de Deo opinionem habentes, atq; in talibus legibus multis seculis constanter permanentes, omnes reor, demiraturos, propter continuas quz apud ipsos sunt mutationes. Denique eos qui conscribere proxime de repub. & legibus tentavere, tanquam de incredibilibus compositionibus quidam frequenter accusant dicentes, quoniam impossibilia lumpserint, argumenta. Et alios quidem faceo philosophos, quicunque hujusmodi negotium in suis conscriptionibus habuere : Plato autem mirabilis apud Gracos, tanquam & honestate virtute præcedens : & virtute sermonum & persuatione philosophia cunctos excellens, ab his, qui sibi videntur præstantes, in rebus civilibus, perpetuo pene illuditur, cavillisq; comicis traducitur. cum utiq; qui illius verba consideraverit, frequenter & facile reperiatur, quz etiam consuetudini plurimorum proxima esse noscuntur. Ipse siquidem Plato confessus est, quia veram de Deo opinionem propter ignorantiam plebis proferre securum, non est. Sed Platonis quidem verba vana esse, putant, & multa licentia composita atq; conscripta : maximè vero legislationem Lycurgi mirantur. Spartam cuncti concelebrant, quoniam in illius legibus plurimo tempore perduravit. Ergo hoc manifestum virtutis indicium est, in legibus permanere. Si vero Lacedæmonios admittantur, illorum tempus conferant, cum amplius duobus millibus annorum nostræ reipub. & super hæc sciant, quoniam Lacedæmonii quidem omni tempore quo habuere libertatem, perfecte visi sunt custodisse leges: cum vero circa eos factæ sunt fortunæ mutationes, pene cunctarum legum oblitio sunt. Nos autem multis casibus evolutis propter regum Asiz mutationes, neq; in novissima mala venientes, a legibus sumus alienati: non vacationis, nec epulationis causa servantes eas: quando si quis considerare voluerit, multo ampliori testimonio majores excubias & labores nobis quam Lacedæmoniū videbit, impositos. Illi siquidem neq; operantes terram, neq; circa opifia exercitium habentes, sed ab omni operatione temissiores, pingves, & corpore pulchri in civitate degebant, alii ministris in omnibus vitæ necessariis rebus utentes, & cibum paratum ab illis accipientes, solum opus bonum atque æquum judicantes, quidvis facere. & pati quatenus prævalerent adversus omnes, contra quos

αὐτοῖς δρατεῖσθαι. ὅπερ μηδὲ θέτε κατάφωτοι εἴναι λέγουν. A bella suscipienter: quod autem ne hoc quidem adipisci potuerunt, omitto dicere. Non enim singuli solummodo, sed multi freqventer eorum subito legis præcepta negligentes, semetipos cū armis hostibus tradidere. Putasne & apud nos, non dico tanti, sed duo vel tres agniti sunt proditores esse & i legum, vel mortem formidantes, non dico illam facile, qua solet præliantibus evenire: sed eam qua cum multa corporum afflictione, & multa crudelitate videtur accidere. Quam (ut ego puto) quidam prævalentes nobis non per odium subjectis imposuere, sed admirandum quoddam spectaculum videre volentes, si qui sunt homines, qui unum tantummodo credant esse pessimum. si agere quicquam extra leges suas vel sermonem apud eos dicere compellantur. Non tamen mirari decet, si mortem fortissime toleramus pro legibus, & ultra alios universos. Nō enim qua levia videntur nostris studiis alii facile patiuntur, hoc est operationem, cibi; simplicitatem, & ut nihil fortuito, neq; quod quisq; desiderat vescatur aut bibat, aut ad concubitum quemlibet accedat, aut splendide vestiatur, aut sine nobilitate vocet. Sed illud attendendum est, si gladiis utentes, & hostes ab invasione fugantes, præcepta legis circa cibos sustinere possunt. Nobis vero gratum est propter hæc legibus obediens, & in illis fortitudinis specimen ostendere. Eant nunc Lysimachi & Molones, & quidam hujusmodi alii scriptores, improbi sophistæ, adolescentum deceptores, & quasi pravissimis nobis derogare contendant. Ego sane nolim de legibus alienis examinationem facere. Noster enim mos est propria custodire, non aliena potius accusare. Et ut neq; ridere neq; blasphemare debeamus eos, qui apud alios putantur dii, aperte nobis legislator interdixit propter ipsam appellationem. De accusatoribus autem per objectiones suas nos increpare volentibus, tacendum nō est, cum utiq; non a nobis nunc sermo compositus eos arguere videatur, sed a multis probabiliiter jam præmissus. Qvis igitur eorum, qui apud Græcos sapientia sunt mirabiles, non redarguit, nobilissimos poëtas & præcipue legislatores, quoniam hujusmodi sectas de deis ab initio populis inserviunt, dicentes eos numero quidem quantos ipsi volueré, ex alterutris vero & diversis nativitatibus procreatos? Hos autem dividentes locis & habitaculis, tanquam genera animalium, alios quidem sub terra, alios in mari, seniores autem eorum in tartaris vincitos esse dixeré: qvibus vero attribuere corrum, hiis sermone qvidem patrē, operibus autem tyrannum atq; dominum superponuere. Propterea adversus eum constituere infidias per uxorem, & fratrem, & filiam, quam ex ejus capite fingunt generatam, ut alligantes eum appendere, sicut ipse suum dicitur patrem. Hæc juste accusatione digna conqueruntur, qui sapientie virtute præcelluntur. Si deorum aliquos quidem ephebos & adolescentes, alios autem seniores & barbaros esse credendum, alios constitutos super artes, & qvendam fabrum, aliam vero textricem, alium vero peregrini-

Y y y

nantem, & cum hominibus contendentem, alios autem citharizantes, aut arcu gaudentes: deinde inter alterutros seditiones effectas, & propter homines contentiones constitutas, ut non solum inter se atque aliis manus immitterent, sed etiam ab hominibus vulnerati lugerent, malaq; perferrant: & quod super omnia est luxuriosius, si intemperantia permixtionis uterentur: quomodo non erit incongruum amores & concupiscentias ad universos attinere, simul masculos & ad feminas. Deinde fortissimus & primus eorum pater, seductas a feme tipso, imprægnatasq; mulieres, diruptas submersasq; spernit: & eos qui ex eo sunt nati neque liberare potest, fato constriatus, neq; sine lacrymis eorum perferrre mortes. Bona sunt hæc, & his alia consequentia, id est adulteria in celo visa, & sic impudenter a diu celebrata, ut jam alii invidere se profiterentur in tali foeditate vincio. Quid enim alii facturi non es- sent, dum neq; senior atq; rex valuissest impetum suum a mulierum permixtione retinere. Alii vero servientes hominibus, & nunc quidem edificantes causa mercedis, nunc vero pascentes: alii autem malignorum modo infero carcere colligati. Quem igitur sapientium talia non accendant, ut hæc componentes redarguat, & multam stultitiam his credentium reprehendat? Alii vero & terrorem quendam vel metum, necnon & rabiem, atq; seductionem, omnesq; pessimas passiones in Dei natura fingere præsumpsere. Et horum quidem nobilioribus etiam civitates sacrificare sva- sere. Siquidem in multa necessitate consistunt, ut quosdam deorum putent bonorum esse largitores, alios autem vocent adversarios, quando eos veluti malignissimos homines munieribus atque donis placare contendunt, magnum quod- dam malum se suscepturos ab eis existimantes, nisi mercedem eis studiose præbuerint. Quæ igitur causa est tantæ hujus iniquitatis atq; delicti circa Deum? Ego quidem arbitror, eo quod neq; veram Dei naturam ab initio eorum legislatores agnoverint, neque quantum percipere potuere; perfectam sententiam diffinientes reip. tradidè. F re: sed velut aliud quiddam vilius neglexerunt, dantes potestate poetis, ut quos vellent deos introducerent hæc omnia patientes: rhetoribus vero ut de repub. scriberent, & de peregrinis diis decreta proferrent. Sed etiam pictores & plastiæ in hoc apud Græcos multam habuere potestate, ut unusquisq; formam quam vellet secundum modum suæ opinionis exponeret, alius quidem ex luto quod vellet fingens, alius vero pingens. Opifices itaq; qui maxime putantur esse præcipui ebur & aurum habent, ad hoc suæ semper novitatis argumentum. Proinde, apud eos priores quidem dii florentes honoribus, senuerunt: alii vero novi clam introducti, religione potiuntur: & templorum alia quidem desolata, alia vero nuper secundū hominum voluntatē edificatur: cū contra oporteat opinionem deo, eisq; culturam immobi-

A unus fuit stultorum atque tumentium. Ros autem qui vere in Græco philosophati sunt, neque prædictorum aliquid latuit, neque frigidæ allegorizæ causas ignoravere. quapropter illos quidem juste sprevere, & circa veram decentemq; circa Deum opinionem nobis faüre concordes. Quod Plato respiciens, neque ullum quempiam poëtarum dicit in repub. esse suscipiendum: & Horum honorifice amovet, coronatum & unguento delibutum, ne rectam opinionem de Deo fabulis forte destrueret. Præcipue namq; Plato nostrum legislatorem imitatus est, in hoc quoque, quod illud præcipue suis civibus imperavit, ut omnes perfecte ediscerent leges, & ne fortuito alicuius extraneorum civibus misceretur, sed esset pura respublica, & in legum custodia perduraret. Horum nihil cogitans Apollonius Molon, nos voluimus accusare, quoniam non recipimus eos, qui aliis sunt opinionibus præoccupati: neque communicari patimur eis, qui alia vita consuetudine degunt: cum neque hoc proprium nostrum sit, sed commune cunctorum, non modo Græcorum, sed etiam qui inter Græcos cautissimi fuisse noscuntur. Lacedæmonii namq; peregrinos etiam expellebant, & suos cives peregrinari non sinebant, corruptionem extra leges ex utroque metuentes. Illorum igitur citius sevitiam poterit quilibet arguere, qui nulli neque conversationis neque cohabitationis sua participationem exhibebant. Nos autem aliorum quidem res zelare non dignamur: participari vero cupientes quæ sunt nostra libenter suscipimus: quod utique reor indicium magnanimitatis atque clementiae. Sed desino jam de Lacedæmoniis amplius disputare. Athenienses vero, qui communem esse suam gloriantur omnibus civitatem, quomodo de his rebus habuerint, Apollonius ignoravit. Hinc namq; vel verbo solummodo, præter illorum legem, de diis loquentes, inevitabiliter punierunt. Cujus enim rei gratia Socrates est mortuus? non enim hostibus tradidit civitatem, neque templum vastavit: sed quia nova iuramenta juravit, & quoddam dæmonium significasse referebat, serio seu ludens, sicuti quidam dicunt, propter hoc circuitus poculo morte mactatus est. Insuper etiam corrumpore juvenescum accusator ajebat, & conversationem patriæ legesque contemnere. Et Socrates quidem civis Atheniensis, hujusmodi tormenta sustinuit. Anaxagoras autem Clazomenius fuit. Et quia existimantibus Atheniensibus solem esse Deum, ille eum saxonum ignitum asseruit, paucorum sententia morte damnatus est. Et aduersus Diagoram Melium talentum decreverunt, quis occideret eum, quoniam eorum mysteria deridere referebatur. Protagoras autem, nisi cito fugisset, comprehensus occisus fuisset, eoc tabarunt. Et quid oportet mirari, si circa viros sicribus peregrinare? Etenim sacerdotem quandam, griseos colere deos, decretum autem aduersus oplicium mortis inferebatur, Igitur quia tali lege

CONTRA APIONEM

uitebantur, palam est, eo quod aliorum non crederent esse deos. Non enim si credidissent, seipso fructu ex pluribus diis privassent. Quia & Scythæ cædibus gaudentes humanis, & paululum differentes a bestiis, arbitrantur tamen sua mysteria esse custodienda: Anacharsim sapientia mirabilem apud Græcos, advenientem interemerunt, quoniam videbatur Græcorum deorum ad eos venisse plenissimum. Multos autem & apud Persas invenias pro ea causa tormentis affectos. Sed palam est, quoniam Apollonius Persarum legibus congaudebat, illosq; mirabatur: quippe cum Græci eorum fortitudinem atque concordiam unanimitatis, quam habuere de diis, mirati sunt, hanc scilicet fortitudinem, quam in templis eorum concrematis habuerunt. Is etiam studiorum omnium imitator extitit Perficorum, uxoriibus alienis contumelias faciens, filiosq; excæcas. Apud nos autem mors decreta est, si quis vel irrationalib[us] animalia hoc modo lædat: & ab his legibus nos abducere neq; timor potuit prætentium potestatum, neq; zelus eorum qui apud alios honorantur. Sed neq; fortitudinem ideo exercemus, ut bella avarizie causa suscipiamus, sed ut legum jura servemus: & cum alia detrimenta mansvete sustineamus, si quis nos de legibus movere tentaverit, tunc etiam ultra virtutem rebellare contendimus, & usque ad calamitates novissimas perduramus. Cur itaq; nos alienas æmulemur leges, cum eas neq; a legislatoriis suis servatas esse videamus? Vel quo modo Lacedæmonii non sunt ob inhospitalitatem reprehendendi, & negligentiam nuptiarum? Elienenses vero & Thebani ob coitum impudentem & extra naturam cum masculis, quem optime atq; utiliter facere se putabant. Ergo cum hæc ipsi omnino rebus efficerent, etiam suis legibus miscerè: quod tantum aliquando valuit apud Græcos, ut etiam diis suis masculorum concubitus applicarent. eadem deniq; ratione germanarum nuptias retulere, hujusmodi satisfactionem rerū incongruarum, & extra naturam pro libidine, componentes. Defino nunc de suppliciis dicere, & quantas ab initio præbuerint plurimi legislatores absolutiones malignis hominibus, in adulterio quidem pecuniarum, in corruptione autem etiam nuptias sancientes. Quantas autem occasionses continent de abnegatione pietatis, examinare longissimum est. Jam enim apud plurimos olim meditatio facta est transgrediendi leges, quod non agitur apud nos, quando propter eas & divitiis & civitatibus & bonis aliis privatis sumus. Lex autem apud nos servatur usque ad mortem. Nullus vero Judæorum, neq; ve si præculabeat extra provinciam, regem quamvis acerbum sic metuit, ut ultra ullum legis videatur timere præceptum. Igitur si propter virtutem legum taliter erga eas affecti sumus, concedant quoniam optimas leges habemus. Sin vero circa pravas non leges judicant perdurare, quid ipi justissime non patientur, meliores non custodientes opere sanctiones? Quia igitur longinquitas temporis verissima creditur omniū esse probatio, hanc ego testem faciam virtutum legislatoris nostri,

Αχριμδω, δηλονόπ τας ἁλαν σει εὐθυγένειαν, δετας, τὸν δὲ αὐτοὺς απλάκην εὐθύνοντα. τὰ μὲν οὐν αἰθεναλλον τοχον καλῶς, σκύθαι, τὸ Φόνοις καίρουσις αἰθρίας ποιησιν, καὶ Βερεχὺ τὸ θυμέιον Διοφέρεστις, οἵμας τὸ πορτ αὐτοῖς οἷον) διεν τοιστελλειν. Ε τοι τὸν τὴν εἰλεναν στίνοφιν Θαυμασθέντα τὸν αἴχαρον, επιτελέοντα τοὺς αὐτοὺς ἀνθλον, επει τὸ εἰλενικῶν δεῖν εἴδοξεν ἥκειν αὐτολέκας. πολλος τὸν τοῦ πέρσης αἴτιον πεπλασθεις αἴ τις εὔροις οὐδετὸν τούτον εἴχειν νόμοις διεπλανεῖται. κακήν τοις εἴθειρας αἴτιον αἴτιον εἴλλοντος, ητο τούτον τοῦν δεῖν. πάντοις μὲν οὐν τοῦ τῆς ιεροῖς οὐς πατέπειον, τὸ αὐτοῖς δεδελεσθὲν τοῦ φυρεοντα δόντος. αἴποτεν τὸν τὸν πληνδούματον ειμητης εἴρηται τὸ περονάκι, γυναικας αἴλογριας οὐβριζων, πορτ πάγδας εἰκό μνων. παρτροντος τὸν δένειται Θωρηραχη, καὶ τὸν πλογόν τοις ζωντας αἴδην. Στέταντι μᾶς τὸν πειραν αἴποτεν, τοι τὸ Φόνοις τὸν τὸν κερπηστατων, τοι τὸν Ζηλον. τὸν δέντρον τὸν αἴτιον πειραπιμώντων, δέτι τοι πλέμας αἴρασθαι πλεονεξίας, αλλά οὐτὶ τοῦ τοῦ τοῦ νόμου οὐδετὸν λαζαριτατον. πολλοι λακεδαιμονιοι μὲν τὸ αὐτοπιάκτη καλυπτεον πολιτίας, πορτ τοῦς τοῦς τοῦς πόλεων εἴληφαν αἴρασθαι πλέμας, αἴλειν τὸν Ιταλον τῆς τοῦ φύσιν καὶ πάγαν αὐτοῖς τοὺς τοῦς αἴρεντας μίχεων. αἱ γοῦν παλαι πάλαιτοι Σούφοριστας πετάπειν ωτελαμβανον, ποτε τοιμή καὶ ποτηπειος τοῦς εργος πεφύσασιν, εἰχομολογουσιν, αλλὰ καὶ τοῦς τοῦς αἴτιον νόμους δοποτύπων), τούτου ποτε τοῦ πολλοι λακεδαιμονιοι μὲν τὸ αὐτοπιάκτη καλυπτεον πολιτίας, πορτ τοῦς τοῦς τοῦς πόλεων εἴληφαν αἴρασθαι πλέμας, αἴλειν τὸν Ιταλον τῆς τοῦ φύσιν καὶ πάγαν αὐτοῖς τοὺς τοῦς αἴρεντας μίχεων. αἱ γοῦν παλαι πάλαιτοι Σούφοριστας πετάπειν ωτελαμβανον, ποτε τοιμή καὶ ποτηπειος τοῦς εργος πεφύσασιν, εἰχομολογουσιν, αλλὰ καὶ τοῦς τοῦς αἴτιον νόμους δοποτύπων), τούτου ποτε τοῦ πολλοι λακεδαιμονιοι μὲν τὸ αὐτοπιάκτη καλυπτεον πολιτίας, πορτ τοῦς τοῦς τοῦς πόλεων εἴληφαν αἴρασθαι πλέμας, αἴλειν τὸν Ιταλον τῆς τοῦ φύσιν καὶ πάγαν αὐτοῖς τοὺς τοῦς αἴρεντας μίχεων. αἱ γοῦν παλαι πάλαιτοι Σούφοριστας πετάπειν ωτελαμβανον, ποτε τοιμή καὶ ποτηπειος τοῦς εργος πεφύσασιν, εἰχομολογουσιν, αλλὰ καὶ τοῦς τοῦς αἴτιον νόμους δοποτύπων), τούτου ποτε τοῦ πολλοι λακεδαιμονιοι μὲν τὸ αὐτοπιάκτη καλυπτεον πολιτίας, πορτ τοῦς τοῦς τοῦς πόλεων εἴληφαν αἴρασθαι πλέμας, αἴλειν τὸν Ιταλον τῆς τοῦ φύσιν καὶ πάγαν αὐτοῖς τούς τούς αἴρεντας μίχεων. αἱ γοῦν παλαι πάλαιτοι Σούφοριστας πετάπειν ωτελαμβανον, ποτε τοιμή καὶ ποτηπειος τοῦς εργος πεφύσασιν, εἰχομολογουσιν, αλλὰ καὶ τοῦς τοῦς αἴτιον νόμους δοποτύπων), τούτου ποτε τοῦ πολλοι λακεδαιμονιοι μὲν τὸ αὐτοπιάκτη καλυπτεον πολιτίας, πορτ τοῦς τοῦς τοῦς πόλεων εἴληφαν αἴρασθαι πλέμας, αἴλειν τὸν Ιταλον τῆς τοῦ φύσιν καὶ πάγαν αὐτοῖς τούς τούς αἴρεντας μίχεων. αἱ γοῦν παλαι πάλαιτοι Σούφοριστας πετάπειν ωτελαμβανον, ποτε τοιμή καὶ ποτηπειος τοῦς εργος πεφύσασιν, εἰχομολογουσιν, αλλὰ καὶ τοῦς τοῦς αἴτιον νόμους δοποτύπων), τούτου ποτε τοῦ πολλοι λακεδαιμονιοι μὲν τὸ αὐτοπιάκτη καλυπτεον πολιτίας, πορτ τοῦς τοῦς τοῦς πόλεων εἴληφαν αἴρασθαι πλέμας, αἴλειν τὸν Ιταλον τῆς τοῦ φύσιν καὶ πάγαν αὐτοῖς τούς τούς αἴρεντας μίχεων. αἱ γοῦν παλαι πάλαιτοι Σούφοριστας πετάπειν ωτελαμβανον, ποτε τοιμή καὶ ποτηπειος τοῦς εργος πεφύσασιν, εἰχομολογουσιν, αλλὰ καὶ τοῦς τοῦς αἴτιον νόμους δοποτύπων), τούτου ποτε τοῦ πολλοι λακεδαιμονιοι μὲν τὸ αὐτοπιάκτη καλυπτεον πολιτίας, πορτ τοῦς τοῦς τοῦς πόλεων εἴληφαν αἴρασθαι πλέμας, αἴλειν τὸν Ιταλον τῆς τοῦ φύσιν καὶ πάγαν αὐτοῖς τούς τούς αἴρεντας μίχεων. αἱ γοῦν παλαι πάλαιτοι Σούφοριστας πετάπειν ωτελαμβανον, ποτε τοιμή καὶ ποτηπειος τοῦς εργος πεφύσασιν, εἰχομολογουσιν, αλλὰ καὶ τοῦς τοῦς αἴτιον νόμους δοποτύπων), τούτου ποτε τοῦ πολλοι λακεδαιμονιοι μὲν τὸ αὐτοπιάκτη καλυπτεον πολιτίας, πορτ τοῦς τοῦς τοῦς πόλεων εἴληφαν αἴρασθαι πλέμας, αἴλειν τὸν Ιταλον τῆς τοῦ φύσιν καὶ πάγαν αὐτοῖς τούς τούς αἴρεντας μίχεων.

ηρὶ τῆς τοιούτου φύμης αθὲντὸν θεῖον φύγοντας. A opinionisq; quā ille de Deo cōtradidit: nam cum sit infinitum tempus, si quis eum comparet aliorum legislatorum statutis hunc ultra omnes inventet. A nobis itaq; declaratae sunt leges, & cunctis aliis semper hominibus zelum sui potius præbuerunt. Primi quippe Græcorum, in speciem quidem jura patriæ conservabant: ipsius autem philosophie tractatu illa secuti sunt, de Deo similia sapientes, humilitateq; virtute communionē inter alterutros edocentes. Quidam etiam populus jam olim multis nostram pietatem emulantur, neque est civitas Græcorum usquam aut Barbarorum, nec ulla gens ad quam septimana in qua vacamus consuetudo minime pervenerit, jejuniaq; & candelabra accensa: atq; etiam ciborum apud nos solennia plurimi apud multos jugiter observare conantur: insuper mitari etiam concordiam, quam nos inter nos obtinemus, & rerū communionē & industriam in artibus & perduratiōnē necessitatum habere pro legibus. Ille enim mirabilis est, quia absq; exāctore humanis observationis, ipsa lex per se homines ita valuit obligare: & quemadmodum Deus in universo mundo consiluit, ita lex per cunctos ambulavit. Unusquisq; enim si suam regionem dominumq; conspiciat, his quæ dicuntur a me credere non recusabit. Oportet igitur cunctorum hominum spontaneam malitiam reprehendere, aut enim volunt nos isti aliena & prava jura, antea propria & meliora zelari: aut certe si hoc nolunt, quiescant nobis per invidiam accusationes ingere. non enim alicuius odio defendimus hanc causam: sed nostrum honoramus legislatorem, atque credimus, quæ ab illo prophetata de Deo sunt. Deniq; nisi intelligeremus ipsi virtutem legum, ac certe ob imitantium multitudinem praecipare de eis semper cogaremur. Sed de legibus quidem & de republica nostra certissimam feci narrationem in his quæ de Antiquitate conscripsi. Nunc autem earum mentionem feci quantum necessarium fuit, neq; aliorum vituperare, jura neq; nostra laudare proponens: sed hoc a genis, ut de nobis injuste conscribentes, & contra ipsam veritatem impudentissime contendentes, arguerem. Arbitror itaq; per hanc conscriptionem abundantem me quæ promisi compleisse. Ibi enim ostendi, hoc genus hominum, contra quara calumniatores affirmant, esse antiquissimum: & multos veterum in conscriptionibus suis memoria habentium nostri, testes exhibui. Dixere itaq; Ægyptios fuisse progenitores nostros: & ostensum est, quia in Ægyptum venerint aliunde. Deinde sunt mentiti, quoniam exinde propter cladem corporis sint expulsi: & apparuit quod voluntate & magnitudine fortitudinis ad propria sunt reversi. Alii vero tanquam nequissimo viro, legislatori nostro derogare contendunt: cuius virtuti dudum multi post illum tempus vero loquissimum perhibet testimonium. De legibus autem loqui ampliori sermone, non fuit opus. Ipse namq; per se metas apparet pīz & verissimam intentionem: & non ad hominum odium, sed

ad rerum communionem potius invitantes, ini-
quitatum inimicæ, cultricesq; justitiae, & luxum
procul abjicientes, frugalitatem vero ac industriam
erudiantes, bellum causa avaritiz nescientes:
fortes autem pro se esse populos præparantes, ad
supplicia retribuenda semper inevitabiles, ver-
bis nequaquam circumveniri faciles, præparati-
ones semper operibus exeqventes. Hæc enim
nos semper opera manifestiora literis exhibe-
mus. Quapropter ego confidens dico, quia plu-
rius atq; meliorum rerum nos quam alii præ-
ceptores sumus. Quid enim imprævaricabili in
pietate melius est? quid justius quam legibus
obedire? quid utilius, quam in vicem unanimes
esse, & neque in calamitatibus ab invicem rece-
dere, neq; tempore felicitatum per injurias dis-
crepare: sed in bello quidem mortem contemne-
re, in pace vero artibus aut agricultura vacare:
& semper & ubique credere Deum respicere, &
solum omnia gubernare? Hæc igitur, si quidem
apud alios aut scripta sunt primitus, aut servata,
firmiores debemus nos gratiam illis tanquam
eorum facti discipuli. Si vero nequaquam pri-
mitus extitere, his præcipue nos utentes cognoscimur, & primam eorum inventionem nostram
fuisse declaramus. Apiones igitur & Molones, & quicunque mendacii derogatione congaudent,
convicti procul faceant. Tibi autem Epaphrodite, veritatem maxime diligenti, & per te similia
nosse de nostro genere cogitantibus, hic libellus conscriptus esse dignoscitur.

A Τὰ τὰς τὸν τρόπον πολιτικάς τοῦ φραγμάτων, αὐτίκαις
έχθροι, δικαιοσύνης ὑπήκουεις, δέσμοις καὶ πολιτείαι
ανέξοδοις, αὐτέργετοι φιλοτυχεῖς εἴναι μᾶλισταις
τοιχέμων μὲν ἀπόρρητοις εἰς παλαιότερα, αὐτόργεις
δὲ τοτεροὶ εἴπων εἴναι τοῦ φραγμάτων, αὐτοφύεστη
τοιχούς της πολιτείας, αὐτοφύεστον τοῦ φραγμάτων, τοιχούς
ἔργοις αἱ βεβαιώμενοι. πατεραὶ δὲ αὐτῆμας πορέχοντο
τοιχαπάτων σταράζοντες. δι' ἕπερ εὖν τοιχούς αἱ
τοιχα, τοιχίσαν ἄμακα, κατέβαν τοιχούς εποιεῖταις τῶν
ἄλλων ψευδεντα. ποιός διοικούσας αὐτοφραγμάτων καλλιεργείας,
ποιός εποιητὴρ τοιχούς δικαιοσύνης πορέχεται; ποιός
ποιός εποιητὴρ τοιχούς δικαιοσύνης, καὶ μήτε τοιχοφραγμάτων
δικαιοσύνης, μήτε τοιχούς εποιητὴρ τοιχοφραγμάτων;
αλλὰ τοιχέμων μὲν τοιχούς κατέφρενον, στεφεντοῦ
τοιχούς ηγερούσας ποστονέχειν. πατεραὶ δὲ τοιχούχων
τοιχούς τοιχοφραγμάτων διέπαν. τοιχούς εἰ μὲν πορέ-
τοιχούς ηγεραφη πεπάντον, οὐ έφυλαχθη βεβαιώτερον, η-
γεραφη πεπάντον, οὐ έφυλαχθη βεβαιώτερον,

C μεταὶ αὐτοῖς τοιχούς κατέφρενοι μὲν, αἱ μαδηταὶ γενεό-
τες. εἴ τοι ηγεραφη παλιέστερα τοιχούς βλεπούμενα, καὶ
τοιχούς πεπάντον ενερεστούσαντον ἐποιητὴρ τοιχοφραγμάτων,
απότομος μὲν τοιχούς μελανες, καὶ πατεραὶ δούς τοιχοφραγμάτων
διοιδαρτῶν τοιχοφραγμάτων, εξεληλεγύχθωσσον. οὐ τοιχοφρα-
γμάτων μαλισκα τοιχοφραγμάτων διοιδαρτῶν, οὐ τοιχοφρα-
γμάτων βλαβομένοις τοιχοφραγμάτων διοιδαρτῶν, οὐ τοιχοφρα-
γμάτων τοιχοφραγμάτων διοιδαρτῶν, οὐ τοιχοφρα-

D ποιός τοιχοφραγμάτων διοιδαρτῶν, οὐ τοιχοφρα-

DES.

Flavi Josephi contra Apionem libri II.
F I N I S.

